



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Liber II. Continet incitamenta XII. ad deuotè offerendum Missæ.  
Sacrificium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)



ma nos quam similimè in te gaudium & exultatio cordis nostri: & fac, vt toti simus in te, toti occupemur in te, & propter te, nihilque sit obiectum verborum actionumque nostrarum internarum & externarum, nisi tu, amor noster, & omne bonum nostrum; qui viuus & regnas &c.

Vltimò dic: Respice quæsumus, Domine, super hanc familiam tuam pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradicentium, & erucis subire tormentum; qui viuus & regnas &c.

LIBER SECVNDVS.

DE OFFICIIS SACERDOTVM, CONTINENS

XII. Incitamenta, seu motiua ad deuotè & cum debitâ reuerentiâ offerendum Missæ sacrificium.

INDEX CAPITVM

LIBRI SECVNDI

Proemium.

Primum Incitamentum, est Excellentia sacrificij, quæ ex variis capitibus agnoscipotest. CAP. I.

Secundum Incitamentum, de eius excellentiâ ratione oblationis ipsius. CAP. II.

Tertium Incitamentum, potestas quam Deus nobis contulit per ordinationem Ecclesiasticam. CAP. III.

Quartum Incitamentum, persone concurrentes ad hoc sacrificium. CAP. IV.

Quintum Incitamentum, is cui offertur, scilicet Deus vnus & trinus. CAP. V.

Sextum Incitamentum, Repraesentatio realis Passionis Christi. CAP. VI.

Septimum Incitamentum, finis ob quem à

Deo institutū Missæ sacrificiū. CAP. VII.

Octauum Incitamentum, valor & efficacia huius sacrificij. CAP. VIII.

Nonum Incitamentum, infinitas quadam valoris ex sacrificij huius opere operato. CAP. IX.

Decimum Incitamentum, ex fructibus qui percipiuntur benefico huius sacrificij. CAP. X.

Vndecimum Incitamentum, multitudo & magnitudo necessitatum pro quibus offertur hoc sacrificium. CAP. XI.

Duodecimum Incitamentum, summa inter humanas excellentias, sacerdotum dignitas. CAP. XII.

P R O O E M I V M.



Am de reuerentiâ & deuotione, quam adhibere debemus in offerendo Deo sacrificium Missæ, vt Sacerdotes illud benè offerendo, & ipsi in se plenum e us sortiantur effectum, & vt alij per eos, tam viu quam defuncti, eodem sacrificio deuotissimè oblati, quam maximè adiuuentur. Spero autem mihi quoque futuram salutarem, & Christo Domino valdè acceptam huius rei tractationem. Scriptum est enim Dei iussu, de S. Gêtrude Virgine, quòd dum audiret Missam, & tempore Canonis viuorum consideraret admirabile opus paulò post futuræ consecrationis, & inde expectaret portionem suam, audiuit dici sibi à Domino: Cum mater aliqua, artificiosa aliqua operari voluerit, de serico vel margaritis; quandoque

paruulum suum in eminentiori loco ponit, vt sibi solum vel margaritis teneat, vel aliquod tale adiuuamen impendat. Sic ego te in gradu eminentiori statuò, piet. Missæ huic interesse disposui. Tu verò si extendis voluntatem tuam ad hoc, quòd libenter, quantumcunque difficili labore; ad hoc seruire velles, vt hac oblatio, (quæ omnibus Christianis, tam viuus quam defunctis prodest) secundum dignitatem suam, plenum sortiretur effectum, tunc optimè pro modulo tuo me adiuuisti ad opus meum. Et quidem non dicam de omni ea reuerentiâ & deuotione, cum quâ deberet dici à nobis, & cum quâ dicebatur à sanctis nostris Ignatio & Xauerio & aliis, sed tantum de ea reuerentiâ & deuotione in gradu inferiore (ne plus exigendo, multum videat exigere); cum qua dici debet à Sacerdotibus, etiam secularibus: vt si nolamus imitari sanctorum reuerentiam

T rian



tiam & deuotionem, ad quam nos obligat status Religiosus, qui est status perfectionis, saltem ita reuerenter & deuotè dicamus vel legamus Missam, prout tenentur Sacerdotes seculares Episcopis inferiores, qui tamen vt docent

119. Theologicum S. Thoma 2.2. q. 184. a. 6. & 8. non sunt in statu perfectionis, ne quidem Archidiaconi. Porro reuerentiam, vt distincta est à deuotione pono in quatuor rebus:

120. *Primò*, vt accedatur ad hoc sacrificium cum debita præparatione, & puritate mentis ac corporis, ac laudabili vitâ. *Non oportet esse fermentatos noui testamenti ministros*, inquit S. Cyprianus ser. de cenâ Domini, *puras sincerâq; mentes sanctum querit conuiuium; in veru crucis, boni odoris affectio, omnem excoquat carnalium sensuum crudelitatem; & inducet solidetq; mentis affectus, nec in Ecclesia sancta sacrificio, vlla sit macula: sed pura simplicitas & innocentia vitæ.* Quam ad rem valent plurimum verba Iulij Papæ posita in Decreto in c. cum omne crimen, de consec. d. 2. *Cum omne crimen atque peccatum oblati Deo sacrificiis deleatur, quid de cetero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa sacrificij oblatione erratur: Ideo Exo, 19 dicitur: Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percussiam eos.* Quamuis enim ex opere operato sacrificium hoc, etiam à seculo sacerdote oblatum, placeat Deo, & vt ait B.

121. Laurentius Iustinianus, *Grata sunt munera orationes placabiles, acceptæq; laudes, quas quotidie sancta Mater, Deo reddit Ecclesia; verum sunt procul dubio gratiora si ministrorum mens sit deuota, cor humile, affectus ignitus, sancta cogitatio, obsequium rationabile, oculus interior reclusus, custodia cordis non dormitans, loquela composita, & irreprehensibilis vita.* Quia non solum quid offeratur, sed qualis sit qui offerat, inuenitur Omnipotens, sicut eloquia sacra testantur, quibus dicitur: *Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius non respexit &c.* Quamobrem qui præsumt plebius, & qui in Ecclesia curam gerunt animarum, toto studio laborent placere Deo, & sine querelâ conuersari cum hominibus, quatenus sine orationi intendant, siue obsecrationes pro populo fundant ad caelum, seu sacro altari offerant ministeria veneranda, accepta ipsorum sint munera, postulationes placita, & efficaces preces, crescantq; eorum merita, non minus de profectibus eorum quam de suarum exercitatione virtutum.

Gen. 4. *Secundò*, requiro ad reuerentiam, vt verba Missæ pronuncientur sine præcipatione & festinatione tali, quali non vteremur, si tractarem cum Imperatore de rebus summi momenti, imò ne cum rustico quidem, si vellemus ab eo aliquid nobis necessarium valde præstari.

124. *Tertio*, pono hanc reuerentiam in caeremoniis & gestibus Missæ, vti sunt genuflexiones & inclinationes capitis, & signi crucis supra oblata, manu dextrâ expressiones, denique totius corporis compositio, & motus membrorum tempore sacrificij: quia, vt bene thonet S. Cyprianus in expositione Orationis Dominicæ,

125. *Placendum est Diuini oculis, etiam in habitu corporis. Nunquam, inquit Seneca, l. 7. nat. 11. c. 36. nos recundiores esse debere, quam cum de Diis agitur. Si intramus templa compositi, si ad sacrificium accessurum submitimus, rogam adducimus, in omne modestie genus fingimur.*

126. *Quarto*, pono hanc reuerentiam in tempore præscripto ad sacrificium, ne in eo ita breues sint, quemadmodum habet Regula 4. Sacerdotum, vt *semiborâ non impleant*, quia si non impleatur, *Primò*, non possunt aptè & integrè pronuciari multa verba Missæ. *Secundò*, non possunt caeremoniæ reuerenter compleri, sed erunt tanquam gestulationes quædam. Tertio, nec attentio & deuotio potest esse ac intellectus verborum prolatorum à celebrante talis, qualis esse debet in re tanti momenti.

127. *Per Deuotionem* verò in sacrificio adhibendâ, non intelligo deuotionem, prout describitur à Theologis & S. Thoma 2.2. q. 82. a. 1. & significat, actum voluntatis à virtute Religionis elicatum, per quem quis promptè se tradit ad ea, vel facit ea, quæ ad Dei cultum & seruitium atinent: sed intelligo deuotionem, prout à Theologis mysticis sumitur, & à S. P. Ignatio in Reg. 21. Sum. in qua iubentur nostri, vt omnes suum tempus rebus spiritualibus impendant, & deuotioni querendâ pro mensurâ gratiæ ipsi communitate instant: id est, pro affectui & sentiu in expediendis rebus ad Deum colendum institutis, vti sunt oratio, communio & similia, quæ adhiberi non possunt sine mentis attentione omnino necessaria ad quamuis orationem, vt docet S. Thom. 2.2. q. 83. a. 13.

128. Nam, vt bene ait S. Cyprianus serm. de cenâ Domini, *Sicut in persona Christi humanitas videbatur, & latebat diuinitas, ita sacramento visibili, ineffabiliter diuina se infundit essentia, vt esset Religio circa sacramenta deuotio.* Nostra enim & ipsius communio affectus conioctat, & considerat voluntates. Quo circa Concilium Tridentinum sess. 22. c. de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ, ait: *Quantâ cura adhibenda sit, vt sacrosancta Missæ sacrificium omni religionis cultu ac veneratione celebraretur, quibus facile existimare poterit, qui cogitauerit, maledictum in sacris literis eum vocari (Hier. 48. 10.) qui facit opus Dei negligenter. Quod si necessariò fatemur, nullum aliud opus aded sanctum ac diuinum à Christi fidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium, quo viuifica illa hostia, quæ Deo Patri reconciliati sumus, in altari per sacerdotes quotidie immolatur, satis etiam apparet, omnem operam & diligentiam in eo ponendum esse, vt quantâ maximâ fieri potest interiori cordis munditiâ & puritate, atque exteriori deuotione, ac pietatis specie peragatur.*

129. Dico ergo, adhibendam esse à nobis reuerentiam & deuotionem, modis commemoratis, in dicendâ Missâ, propter hæc motiua, quæ sunt magni momenti, si bene penetrentur: quod vt fiat, conabor iuuare. Quoniam verò, vt S. Augustinus



16. finus scribit l. 4. de Trinit. c. 14. Quatuor consistuntur in omni sacrificio: Cui offeratur: Quid offeratur: Pro quibus offeratur: Hæc 4. & alia quædam, ponderabo, apta, ad excitandam in nobis reuerentiam & deuotionem in hoc S. Sacrificio.

## CAPVT PRIMVM.

Primum incitamentum est Excellentia Sacrificij, quæ ex variis capitibus agnoscipotest.

17. Primum, ex re quæ offertur SS. Trinitati in hoc sacrificio. Offeritur enim in ea Christi humanitas tota, hoc est, Corpus & Sanguis & Anima Christi, qui ut dicitur Eph. 5. Tradidit semetipsum hostiam & oblationem in odorem suauitatis. Christus, inquit S. Chrysostomus, & sacrificium & sacerdos erat: sacrificium secundum carnem, sacerdos secundum spiritum. Idem immolauit & immolabatur. Ecce se ipsum offert. Oblatus est, inquit Paulus, ad multorum exhaurienda peccata. Et S. Augustinus in titulum Psalmi 26. ante enarrationem secundam: Christus solus sacerdos talis exiit, ut ipse etiam esset sacrificium: Oblatus Deo non aliud quam se ipsum. Quam hostiam, credimus fide diuinâ esse vitam personæ Verbi, & per Verbi substantiam, non per humanam, subsistere, & ut ita dicam, sustentari per eandem substantiam, per quam ipsa persona Verbi subsistit, quo modo nulla humanitas alia, ne quidem B. Virginis, etiam tunc dum Christum conceptum gereret in utero, subsistebat. Quamuis enim res oblata in hoc sacrificio tria intrinsecè contineat, scilicet, substantiam panis & vini ante consecrationem, & species seu accidentia eorum (aliâs non esset sacrificium secundum Ordinem Melchisedech, qui panem & vinum obtulit) post consecrationem; & Corpus ac Sanguinem Christi, seu, Christum ipsum, ut docet Tanner disp. 5. q. 9. dub. 1. n. 28. cum Bellarm. lib. 1. c. 27. & Suarez disp. 79. sec. 1. & probatur ex verbis Missæ & PP. quos citat: vnde B. Laurentius Iustinianus (quem non citat) ser. de Corp. Christi, ait, Christum in altari immolari: amen certum est, inter hæc tria, præstantissimam partem esse Corpus & Sanguinem Christi. Quâ in re duplici ex capite est excellens hoc sacrificium: Primum, ratione ipsius Humanitatis Christi, per se & solitariè sumptæ, præcendendo eam mente, à personâ Verbi cui unita est. Secundò, ratione Verbi, cui intrinsecè per unionem hypostaticam & quidem non simplicem, sed triplicem est unita: nam Christi anima habuit partialem unionem hypostaticam cum Verbo, nunquam dissolutam: Et Corpus Christi habuit unionem hypostaticam cū Verbo partialem, nunquam dissolutam: præterea fuit alia unio hypostatica in Christi Humanitate,

Lancij Opusc. Tom. 2.

quæ has duas uniones inter se coniungebat, & cum Verbo diuino hypostaticè coniungebat unionem naturalem animæ Christi cum corpore: Et hæc tertia unio hypostatica una cum unione naturali, non fuit in Humanitate Christi in triduo mortis, ita P. Artubal. in 3. part. & alij quidam Theologi.

135. Quod ad ipsam Humanitatem attinet, est summæ Excellentie hoc sacrificium, quia post Deum, ut Deus est, trinus in personis, vnus in essentiâ, nil in thesauris suis Deus habet æquè excellens, vti Christi Humanitatem, consideratam etiam sine unione cum Verbo. Ideò meritò dixit B. Virgo S. Brigittæ l. 3. reuel. c. 13. Humanitas Christi fuit in meo corpore, & suscepit de me carnem & sanguinem: idè ipsa est res pretiosissima, quæ vnquam fuit & est: vnde Christi Humanitas non tantum à sanctis, non tantum ab Angelis, sed etiam à B. Virgine, quæ est Angelis præstantior, quoad gratiam, etiam inferior quoad naturam, & in terris adorabatur, & in cælis adoratur, summo post Deum, ut Deus est, cultu. Ideò id ponderauit Apostolus Heb. 1. 6. Cum iterum introducit primogenitum in orbem terra dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Quamuis enim hæc adorationes Christi Humanitatis à B. Virgine & à sanctis Angelis ei deferrentur tanquam Verbo diuino unitæ, tamen etiam non cogitando de hac unione cum Verbo, ipsa Humanitas Christi secundum se, quoad alia, merebatur adorationem maiorem quam alia persona creatæ, nimirum hyperdulam excellentem, maiorem quam B. Virgini debeatur, sex ob causas: Primum, ob habitus omnes gratiæ & virtutum Christo conuenientes, infusus ei à Deo, tanquam capiti generis humani in gradu excellentissimo, in quo nulla pura creatura eos habuit. Secundò, quia erat concepta sine opera viri, solius Spiritus sancti operâ. Tertio, quia eius Corpusculum contra morem aliorum fuit in instanti plenè totum formatum diuinâ virtute. Quarto, quia exiuit ex utero saluâ virginitate Matris Mariæ. Quintò, quia sine peccato vllò semper fuit. Sextò, quia anima eius ab instanti conceptionis Deum perfectissimè videre cepit. Deinde ipsa gratia unionis (ut quid creatum est) cum Verbo, meretur imperfectam latriam, ut contra Vasquezium disp. 96. c. 4. & seq. & l. 7. de ador. disp. 4. c. 4. docet Suarez disp. 53. sect. 2. & 3. & Tanner disp. 1. de Incarn. q. 7. dub. 7. n. 134.

137. Accedit & hoc Motiuum ad deuotissimè offerendum hoc SS. Missæ sacrificium, quia perfectiorem Christi Humanitatem nos nunc Deo offerimus in Missa, quam Christus ipse in vltima cæna obtulerit, septem ob causas:

Primum, quia nunc offerimus immortalem: nã, ut ait Apostolus Rom. 6. 9. Christus non moritur, mors illi vltra non dominabitur: Christus autem obtulit mortalem.

Secundò, non tantum immortalem, sed etiam



impassibilem offerimus. Christus autem in vltima cena obrulit eam passibilem, & paratam ad patiendum, & quæ illa ipsa die cepit pati. Erat quidem opinio Hugonis de S. Victore, magnæ auctoritatis viri, & æstimati à S. Bernardo, cuius ad eum extat epistola 77. & à S. Bonaventura ac S. Thoma qui eius auctoritate confirmant suas doctrinas, Quod Christus ante passionem diuersis temporibus quatuor dotes corporis glorificati assumpsit, scilicet subtilitatem in Natiuitate, quando de clauso Virginis utero exiit: Agilitatem, quando ambulauit sicis pedibus super mare: Claritatem in Transfiguratione; impassibilitatem in cena, quando Corpus suum Discipulis tradidit manducandum, & secundum hoc, dedit Discipulis suis Corpus suum impassibile & immortale. Sed hanc sententiam de impassibilitate & immortalitate corporis in vltimâ cenâ, refutat S. Thomas tum auctoritate, tum ratione. Auctoritate Innocentij III. Papæ, qui l. 4. de sacr. mystaltaris c. 11. post med. dicit: Tale Corpus tunc dedit Discipulis, quale habuit. Habuit autem tunc Corpus passibile & mortale: ergo Corpus passibile & mortale Discipulis dedit. Ratione verò S. Thomas sic probat: Impossibile est, inquit, quod circa impassibilitatem dicitur: quia idem verum Christi Corpus erat, quod à Discipulis tunc in propriâ specie videbatur, quinimò erat passioni paratum: vnde nec ipsum Corpus Christi quod in specie sacramenti dabatur, impassibile erat. Impassibili tamen modo erat sub specie sacramenti, quod in se erat passibile sicut inuisibiliter, quod erat in se visibile. Et patet ex Christi verbis: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis traditur. Atqui traditum est passibile, impassibile autem tradi ad mortem non potuit, ergo passibile eis in Eucharistiâ dedit.

Tertia causa, ob quam nunc offerimus Deo Christi Humanitatem perfectiorem, est, quia nunc habet Corpus illud, dotes gloriosi Corporis, quas ante mortem non habebat. Nam quod supra dixerat Hugo Victorinus de dote subtilitatis in Christi Natiuitate, & de dote agilitatis, dum ambulauit sicis pedibus super aquas, refutat S. Thomas: Huiusmodi enim dotes corporis gloriosi proueniunt, ex redundantia gloria anime ad Corpus; Christus autem ante passionem cohibuit hanc redundantiam, sed permittebat carni sua pati qua propria: & ideo omnia ista facta sunt miraculose per virtutem diuinam. Vnde Aug. dicit tr. 121. in Ioan. à medio: Moli Corporis, vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstituerunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente, Virginitas Matris inuiolata permansit. Et Dionysius dicit in quadam epistola, Quod Christus super hominem operabatur ea, quæ sunt hominis: & hoc monstrat Virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis, terrenorum pedum sustinens grauitatem.

Quarta causa, quia nunc offerimus Christi Humanitatem cum completâ satisfactione pro nobis, & cum completis omnibus meritis, quæ in eo ante mortem completa non fuerunt, sed

Christi morte completa sunt. Ita docent Theologi, & probatur ex Isaiâ 53. v. 10. 11. 12. & Heb. 9. 15. & c. 10. 14. Zach. 9. 11. Vnde meritò S. Thomas 3. p. q. 48. a. 1. ad 3. ait: Passionem Christi habuisse aliquem effectum, quem non habuerunt precedentia merita, non propter maiorem charitatem, sed propter genus operis quod erat conueniens tali effectui, vt patet ex rationibus supra inductis de conuenientia Passionis Christi. q. 43. a. 3. & aliis. Et q. 49. a. 6. ad 2. ait: Christum per priora merita meruisse exaltationem suam anime, cuius voluntas charitate & aliis virtutibus informabatur. Sed in passione, meruisse suam exaltationem, per modum eiusdem recompensationis etiam ex parte corporis: iustum est enim, vt Corpus, quod fuerat ex charitate passioni subiectum, acciperet recompensationem in gloria. Pulchrè hanc rem declarat S. Hieronymus Pelusiota, S. Chrysostomi discipulus: Iacob herorum pellibus coniectus, ac paternam benedictionem consecutus, Dominum ac Saluatorem nostrum significauit, qui peccato obnoxiam naturam circa peccatum suscepit, ac vitiosos ipsius affectus in se ipso interemit, hoc enim mortuorum pellium indumentum designat. Quandoquidem nihil iam bœdnam, ac sinistro latere atque condemnatione dignum, in naturâ reliquit: verum terrenis ipsius membris morte affectis, Patri, perpetuâ salutis nostræ fame flagrantis, gratum ac suauem cibum obtulit, nobisq; in se ipso nunquam eripiendam benedictionem fontis in morem protulit.

Quinta causa, quia nunc offerimus Humanitatem, quæ nobis cœlum aperuit, quod ante mortem erat occlusum, & quod nullus erat ingressus. Heb. 6. 20. & c. 10. 20. & quod primum aperuit die suæ Ascensionis & introitus in cœlum.

Sexta causa, quia iuxta doctrinam S. Thomæ 3. p. q. 22. a. 2. ad 3. Sicut Humanitas Christi, est à principio fuerit sanctificata in vnioue hypostatica tamen cum in passione oblata est Deo, fuit nouo modo sanctificata, scilicet vt hostia actualiter tunc exhibitæ: acquisiuit enim tunc actualem hostiæ sanctificationem: quâ ornatam, nunc eam in Missâ offerimus: nouam talem obtulit Christus in cenâ.

Septima causa: Quia eadem Christi Humanitas, & quidem in perfectiori statu, vt paulò ante ostensum est, existens, Deo nunc incrementum offertur, non tantum à Christo, sed etiam à Sacerdote, & ita nouam quandam sacramentalem sanctificationem acquirere dici potest, in quantum actualiter Deo, tanquam salutis incrementa hostia, & plenè completum nostræ Redemptionis pretium, offertur, siue pro peccatis, siue in gratiarum actionem, siue ad impetranda eius beneficia, siue in solam laudem & glorificationem Diuinæ Maiestatis.

Quod attinet ad Christi Humanitatem consideratam vt Verbo vnitam, multò magis ex hoc capite est hoc sacrificium excellentissimum. Quamuis enim non offeramus in hoc sacrificio Diuinitatem, nec personam Verbi offerimus tamen

138.

3. p. q. 81.  
a. 3.3. p. q. 28.  
ad 3.

139.

ep. 191.

141.

142.

143.

144.

Christi.



Christum hominem Deum, Christi Humanitatem, non qualemcunque sed unitam Verbo, atque in hoc habentem infinitum valorem, ratione Verbi infiniti: sicut si offerremus Imperatori vas aureum solum, rem gratam offerremus, magis tamen gratam, si idem vas offerremus ei, lapide aliquo aliquot millionum pretij ab eo nobis donato, exornatū. Id facimus, quia nobis Deus cum Christo omnia donavit, Rom. 8. 32. Quia Deus sic dilexit mundum ut Filium suum (id est, Verbum) unigenitum dederit: Ioan. 3. 16. Ideo dum offerimus hoc sacrificium, certo quodam modo Deo restitimus Verbum humanatum, & Diuinitatis personam, non in se, sed in eius humanitate, que est materia & obiectum oblationis nostræ; Deo representamus in modo perfectiore extensiuè, quam fuerit, ante mundi Creationem hoc Verbum. Tunc enim erat solum in se: nunc verò est veltitum Humanitate, non sicut veste adiacente, sed tanquam re sibi unita indissolubili unione. Quocirca in tali statu, iam est Verbum perfectius in celo, quam fuerit ante creationem mundi, & ante Incarnationem. Merito ergo Urbanus Papa 8. in Diplomate præfixo nouæ editioni Missalis Romani, eius auctoritate recogniti anno 1634. scripsit: *Si quid est in rebus humanis plane diuinum, quod nobis superni ciues si in eos iniuria caderet, inuidere possent, id certe est, sacrosanctum Missæ sacrificium, cuius beneficio fit, ut homines quadam anticipacione possideant in terris calum, dum ante oculis habent & manibus contrectant ipsum cali terræq; Conditorum. Quo magis est mortaliibus laborandum, ut hoc tantum privilegium cultus atque honore debito tueantur, ac uentis, Angelos negligentia ofores, qui sunt amulæ reuerentis. Imò perfectiorem nunc adhuc tres ob causas offerimus Christi Humanitatem, omnibus consideratis, quam nunc sit in celo:*

Primo, quia offerimus eam cum speciebus sacramentalibus, quibus ea adeò unita est sacramentaliter, ut si per impossibile non esset Christus in celo, nec alibi, per consecrationem a desset, unitus sacramentaliter speciebus cum sua Humanitate, & cum sua Diuinitate in persona Verbi, & ad motum specierum moueretur Christi Corpus & persona Verbi & tota Trinitas, si per immensitatem non esset extra species sacramentales. Quod illustro doctrinâ S. Thomæ qui docet 2. 2. q. 27. a. 8. *Dilectionem, quâ proximus amatur propter Deum, esse magis meritoriam eâ, quâ solus Deus amatur non amando proximum. Causam dat: Quia talis dilectio proximi, includit dilectionem Dei, sed dilectio Dei non includit dilectionem proximi. Ac si diceret: perfectius est obiectum illius dilectionis, quam huius, quia illud non solum Deum continet, sed etiam proximum amatum propter Deum. Similiter ergo modo, Christi Corpus cum speciebus, in ratione obiecti intelligibilis, est quid plus, quam solum sine speciebus consideratum: quæ tamen seorsim & secundum se spectate, inquit Tanner citans Bellarminum & Suarium & Lancij Opusc. Tom. 2.*

Valentiam, & cogitatione à Christo seuincta, tanquam totum obiectum. Quod, cultus, coli possunt absolute loquendo, non perfectò cultu latria; sed longe minori, quamvis talis cultus publico usu Ecclesie receptus non sit, nec regulariter adhiberi debeat, Suprà autem nu. 176. dixerat, Sacramentum totum Eucharistia, prout Christum continet & species simul, eodem actu latria rectè simul coli & adorari, eo modo, quo Rex & purpura Regis, prototypon & imago, simul & eodem honoris actu coluntur.

Et ratio prioris disti est, quia illæ species per se consideratæ, habent quandam excellentiam, quæ est obiectum cultus & honoris alius. Nam, ut ait Suarez loco suprà citato, *Species mente disincta à Christi Corpore, sunt res quedam sanctæ, & ex coniunctione ad Christum sanctificatæ; & pertinent intrinsecè ad substantiam sacramenti Eucharistia, quia sunt sensibiles, & signum practicum gratiæ sanctificantis, & materia Eucharistia consecratæ; ut cum S. Thoma q. 74. ar. 1. ad 3. & aliis docet Tanner disp. 5. q. 3. dub. 3. numer. 41. Et ut num. 51. idem ait, species sunt Sacramentum tantum, unio verò interna Fidelium per scientiam & caritatem est res Sacramenti. Et, ut idem Suarez disp. 47. sect. 4. §. Secundò, ergo, ait; Species Eucharistia rectè dicuntur instrumentum coniunctum Corporis Christi, quia ab illo sustentantur & quasi omnipotentis manu tenentur, unde supernaturalem vim seu concursum ad operandum accipiunt. Et dicuntur continere Corpus Christi, cap. Firmiter. de Summa Trinitate. Quod hæc etiam ratione propriissimè intelligitur, quia non solum respectu nostri illud circumdant, sed etiam efficiaciâ suâ, intra se continent, ita, ut ab illis separari non possit. Et ad motum earum, Christi Corpus mouetur præstantius, quam moueretur Angelus moto corpore quod assumpsit, in quo Angelus non moueretur ex vi motus Corporis, sed potius ipse se moueret, ut corpus comiteretur. Quod totum Suarez §. Dico secundò, ait prouenire, ex reali quodam vinculo inter Christum & species, per efficientiam & quasi attractionem vnus ad alterum. Præterea ob hæc ipsa, continent in se perfectionem maiorem, quam esset in corpore, quod ambularet super aquas nec mergeretur, quod dæmon naturali vi potest præstare, non potest autem, ut accidentia existant eadem numero, sine subiecto sustentante, prout existunt in Eucharistia, & ut quantitas illa in Eucharistia, sibi inhærentia accidentia sustentans, sine subiecto ipsa existat, ut existit in Eucharistia, & ut accidentia efficiant omnem accidentalem actionem, quam poterant antea, etiam corruptionem substantiæ & nouæ generationem, & possint moueri localiter, alterari, augeri, diminui, etiam per partium corruptionem: & ut ex his fiat vera tum nutritio, tum generatio ignis vel vermis: ut bene post alios docet Tanner q. 6. disput. 5. dub. 3.*

Denique Eucharistia per species tanquam per in-

co. 4. d. 5.  
q. 8. nu.  
177.  
Suar. 3. p.  
d. 65. l. 2.  
Val. q. 11.  
pun. 2.

149.

150.



strumentum Corporis Christi, virtute corporis Christi producit effectus illos gratiæ, & alios. Et quidem Physicè ( quomodo eos non producit mors & Passio Christi, quæ tantum per modum meriti & satisfactionis illos producit ) & non tantum moraliter, vt cõtra Vasquez docet, Valentia Suarez, Bellar. Henricq. Albert. Tanner d. 3. q. 3. dub. 2. n. 47. & seqq.

351. Porro Suarez disp. 64. sect. 2. ait; *Species, vt mente disiunctas à Corpore Christi, quia non habent in se excellentiam increatam, propter quam sint digna adoratione latria primariã erit, adoratio earum respectiua, & secundaria latria, qualis est adoratio imaginis, quando hoc modo & separatiu à prototypo adoratur. Quã etiam ueneratione digna sunt cetera sacramenta seu sacra signa, vt ex 7. Synodo, multis in locis colligi potest; & ex S. Dionysio c. 3. de Cal. hier. & S. Augustino lib. de Catech. rud. c. 26. & S. Damasc. orat. de imagin. Hæc Suarez. Ego tamen minore cultu quam latriæ coli posse alia sacra signa, ostendi in*

352. *Controuer. de adorat. imagin. c. 6. Nam & Christi Humanitatis adoratio ratione humanitatis Christi, perfecta omni munere gratiarum, non est adoratio latriæ, sed dulcia. Ita vt vna eademq; persona Christi adoretur adoratione latriæ propter suam diuinitatem, & adoratione dulciã, propter perfectionem Humanitatis, vt docet S. Thomas 3. p. q. 25. ar. 2. & alij citati à Tanner. disp. 1. de Incarn. q. 7. n. 124. Sed vt supra dixi, saltem hyperdulia Christi Humanitati debetur. Sic enim omnes Catholici eã B. V. Mariam, adorari putant, multo magis, id Christi Humanitati ab eã genitæ, ob cuius respectum illa sic adoratur, debetur hyperdulia, & quidem excellentior quam Matri, & quasi latria secundaria, vt bene dixit Suarez supra citatus nu. 35. Nec S. Thomas aliud sensit, siquidem loco paulo antè citato dixit: *Deum ratione Deitatis adorari latriã, ratione dominij adorari dulciã.* Certum autem est, eum dulciã nomine intellexisse præstantiorem cultum, quam sit illa Dulcia, quã colimus sanctos B. Virgine inferiores: per dulciã ergo Christi Humanitati debitam, S. Thomas intellexit, altioris ordinis cultum, quam sit dulcia quã colimus Sanctos.*

353. *Secunda causa, ob quam nunc perfectiorem (quoad modum mirabiliorem) Christi Humanitatem Sacerdotes Deo offerimus in Missa, est quia eam offerimus existentem modo mirabiliore quam existat in cælo. Est enim in Eucharistiã per modum animæ existentis in corpore, & per modum Dei existentis in creaturis. Offerimus enim Christi Corpus existens totum in totis speciebus, & totum in qualibet minimã parte eorum quantitatem minimam habente, vt cum S. Thoma in 3. p. q. 76. a. 1. 2. 3. docent omnes Theologi, idque esse de fide patet ex Concilio Florentino in Decreto vnionis, & Trident. sess. 13. c. 3. & can. 3. vt bene docent Valentia, Suarez, Tanner. Et quidem habentem in minimã parte specierum, Organicum materiale*

Corpus suum totum, & secundum suam quantitatem, & reliqua accidentia intrinseca absoluta, quam in cælo habet, sed sine extensione ad locum: ita tamen, vt caput sit supra collum, non supra pectus, vel pedes immediatè &c. sed est in Eucharistiã cum suo ordine & dispositione substantialium partium Corpus totum integratum sine quantitate coextensa ad locum. Et tali modo, vt ne quidem à Beatorum oculis, nec ab oculo B. Virginis, nec ab Angelis per principia naturalia naturaliter videri possit præsentia Sacramentalis Corporis Christi, nec ipsum Corpus Christi in Sacramento (secus est de oculo Christi respectu sui Corporis, vt putat Valentia & Sotus) vt docet S. Thom. 3. p. q. 76. a. 7. & in 4. d. 10. q. 1. a. 4. q. 1. & dist. 11. q. 3. & Valentia, Suarez, Vasquez, & alij citati à Tanner. disp. 5. q. 5. dub. 5. n. 64. & 69. per miraculum tamen eleuato oculo posset videri vt ait S. Thom. in 4. d. 11. q. 1. a. 4. quæstiuncula 2. Scotus, Sotus, Marilius. Tantum ergo per scientiam beatificam, & per propriam speciem, scientiã infusa cognosci potest præsentia Corporis Christi, & Corpus prout est in Sacramento, quod pulchrè probat S. Th. loc. cit.

354. *Tertia causa, ob quam nunc offerimus perfectiorem (quoad modum existendi) Christi Humanitatem in Missa, quam sit in cælo, est, quia offerimus illam in pluribus locis existentem, scilicet sub specie panis, & in alio loco sub specie vini, & sæpe in pluribus particulis loco à se disiunctis, dum eas consecramus: & si dantur actu indiuisibilia in continuo (vt iam multi tenent, etsi vario modo id explicant) in particulis penè innumeris &c. Hæc existentia in pluribus locis eiusdem Corporis, etsi non sit circumscriptiua (quod quidam negant etiam à Deo fieri posse) est magnum miraculum (quod videtur incredibile multis hæreticis & Ethnicis) ac proinde perfectio supernaturalis est. Quocirca si 355. *Elisæus habuit incitamentum ad reuerentiam erga Deum & deuotionem, quando Deus illi dedit potestatem, quã multiplicauit panes tempore famis 4. Reg. 4. 43. multo magis nos; quia maius est miraculum, vnum Corpus esse in tot locis per verba à nobis prolata.**

356. *Ex dictis patet, ratione rei oblata, hoc facticum esse præstantius oblatione Christi Domini factã per B. V. die Purificationis, & per Simeonem, qui eum in vlnas accepit; & oblationibus ac actibus sanctorum in cælo, dum Deum vident, quia non offerunt ibi rem tam præciosam. Actus enim eorum non sunt æquales Christo, quem offerimus, nec Christum offerunt, nisi extrinsecè per modum obiecti, representando eius merita, vt facimus extra Missam in hac vitã. Meritò ergo B. Laurentius Iustinianus. ser. de Corp. Chri. ait: *Nullum acceptabilius Deo offerri sacrificium, siue ad exoluendum laudes, siue ad agendum gratias, siue ad impetrandam indulgentiam, siue ad glo-**



riam promerendam, quam Corporis & Sanguinis Christi sacrosanctum Mysterium. Videndum ergo, ne nostrâ irreuerentiâ & indeuotione, dehoneste tam magnæ rei oblationem.

171. Quocirca si Deus per Isaiam ait c. 52. *Mundumini qui fertis vasa Domini*, de quo loco vide Nigron. in Reg. comm. 2. num. 38. 39. quanto magis nos, qui offerimus Deo Christi corpus & Sanguinem, mundissimi esse debemus, & cum reuerentiâ ac deuotione tractare rem, quâ post Deum nulla est æquè præstans, munda, & sancta, & ueneratione digna patriæ, ob vniouem hypostaticam cum persona Verbi? Quando populus debuit audire Deum loquentem ad Moysen (Deo sic volente) vt Moysi crederet in perpetuum Exod. 19. 9. & seqq. Deum dixit Moysi: *Vade ad populum, & sanctifica illos hodie & cras. Lauantq; vestimenta sua, & sint parati in diem tertium, in die enim tertiâ descendet Dominus coram omni populo super montem Sinai & c. Moyses sanctificauit populum: & vni lauissent vestimenta sua, ait ad eos, ne appropinquetis vxoribus vestris. Et veit. 22. Sacerdotes quoque qui ascendunt ad Dominum sanctificentur, ne percussat eos. Quanto ergo magis mundi & sanctificati esse debent, non iam audituri Deum, sed oblaturi Deo Corpus & Sanguinem Dei hypostaticè, vni personæ Diuinæ & non aeriæ voci, sed Verbo æterno Dei, & habituri præsentem Christum quem offerunt. Non cogitas, inquit S. Chrysostom. hom. 1. in Isai. Vidi Dominum, ipsum hic adesse inuisibiliter Dominum, qui vnus cuiusque motum metitur, & conscientie rationem habet?*

154. Imò ad efferendas fordes è templo Dei, quibus erat contaminatum, Sacerdotes & Leuitæ prius sanctificati sunt 2. Paral. 29. 15. rogatu S. Ezechie Regis.

155. Quocirca, vt finiam hoc punctum, dico ex P. N. Generali Claudio, epist. de officij Diuini recitatione, & celebratione Missæ pag. 366. & seqq. *Si hoc sacrificium offertur Deo rerum omnium effectu, quamuis turtures solummodo, columba, aut vituli, more antiquorum ipsi offerrentur, insignis tamen timor, puritas & reuerentia requireretur. Si ergo nobiscum reputabimus offerri Christum ipsum, vnigenitum Dei Filium, ad dexteram Patris sedentem, verum ac summum Sacerdotem simul & sacrificium, manifestè constat, quantum præterea momenti adiungatur.*

## CAPVT SECVNDVM.

## Secundum Incitamentum.

156. Dicit de excellentiâ Missæ, quam habet ex re quæ offertur, nunc dicam de excellentiâ eius, ratione oblationis ipsius, seu actionis ipsius sacrificandi, & vt ita dicam, sacrificacionis, seu immolationis hostiæ quam Deo offerimus.

157. In primis autem suppono, consecrationem (&

quidem vtriusque speciei separatim factam, seu successiuè) prout sumitur pro transubstantione panis & vini in Corpus & sanguinem Christi, quæ fit per verba consecrationis à sacerdote verò prolata, pertinere ad essentiam sacrificij; vti post alios docent Bellarminus l. 2. de Missa c. 27. & l. 4. c. 22. Valentia q. 11. pun. 1. § 5. Suar. disp. 79. sect. 4. disp. 25. sect. 6. Vasquez disp. 122. & 223. c. 3. Tanner. disp. 5. q. 9. dub. 2. n. 36. Lessius infra citatis locis. Konink q. 81. a. 1. dub. 5. num. 96.

159. Imò totam essentiam sacrificij Missæ in solâ consecratione positam esse, iudicio Suarij l. c. sect. 5. Vasq. l. c. 5. Lessij l. 2. de perfect. diuini c. 13. & l. 2. de iustit. c. 38. dub. 2. Tanner l. c. nu. 41. Et hoc clarè iudicat S. Gregorius Nyssenus: *Qui dedit discipulis suis corpus suum ad comedendum, aperte demonstrat, iam perfectam & absolutam factam esse agni immolationem. Non enim idoneum ad edendum esset corpus victima animatum. Cum itaque de corpore suo ad edendum, & de sanguine suo ad bibendum praberet. Discipulis, iam latenter pro potestate mysterium administrantis, ineffabiliter & inuisibiliter corpus immolatum erat; scilicet ante comestionem Corporis Christi, hoc est, post verba illa consecrationis prolata: Hoc est Corpus meum: Hic est Sanguis meus. Et ita S. Thomas 3. p. q. 82. a. 10. in corp. ait: Deo in consecratione Eucharistia, sacrificium offertur. Sola enim consecratio vtriusque speciei fit nomine Christi, & verbis in personâ eius prolatis, quia ille est principalis Sacerdos offerens, vti est de Fide definitum in Conc. Flor. & capitulo: Firmiter de summa Trinitate, & Fide Catholica. Secundo, per Consecrationem verbis factam Christi, fit mutatio rei oblatæ, & transubstantiatio, quæ mutatio est de essentiâ sacrificij. Tertiò, quia per consecrationem panis separatim à consecratione vini, ponitur ex vi verborum, solum Corpus Christi sub speciebus panis: & post consecrationem vini, solus sanguis Christi ex vi verborum, & sic Christi mors realiter repræsentatur, sensibiliter, ob species sensibiles remanentes, & ob verba sensibilia prolata: quia repræsentatur Corpus separatum à sanguine, & quasi maceratum ac immolatum: mors enim naturalis sequitur ex separatione sanguinis à corpore. Et hac ratione realiter, sed in cruentè, in Missa per consecrationem repræsentatur sacrificium Passionis Christi & mortis in cruce peractum cruentè, seu Christus in cruce occisus. Merito ergo S. Gregorius Nyssenus or. 1. de Resurrect. supra citata, ait, Christi Corpus & Sanguinem fuisse immolatum in vltima cænâ ante eius sumptionem (quanquam & eius sumptio est complementum sacrificij.) *Victima, inquit, corpus non est ad edendum idoneum si animatum sit: quare cum Corpus edendum & Sanguinem bibendum Discipulis exhibuit, iam arcanâ & non aspectabili ratione, Corpus erat immolatum. Quamuis autem sumptio Eucharistia, ex Diuino præcepto, necessaria sit Sacerdoti ex Christi institutione,**



ad quandam perfectionem extrinsecam & accidentalem huius sacrificij; vt habet communis opinio apud Suarez sect. 5. & Tanner. Evidet in Concilio Toletano 12. cap. 5. vt refertur etiam Can. Relatum, de consecrat. dist. 2. reprehenduntur Sacerdotes, qui cum sæpius sacrificium vno die obtulerint, semel tantum communicant; & addatur: *Quasi vero non sit toties illi vero & salutari sacrificio participandum, quoties Corporis & Sanguinis immolatio facta consistit.* Vbi etiam immolationem distinguit à sumptione Eucharistia, & hanc præcedi ab illa ait, tamen necessariam esse ostendit; sine illâ tamen tunc tantum posset consistere sacrificium, vt docet S. Thomas 3. p. q. 82. a. 4. ad 3. qui addit: *Consulendum tamen esset Sacerdoti, quod iteratò Corpus & Sanguinem Domini consecraret & sumeret.* Hoc posito, Excellentia huius sacrificij ratione oblationis ex his capitibus agnoscitur potest, & nos ad reuerentiam ac deuotionem excitare:

160. *Primo*, quia sacrificatio Eucharistica, est ratione oblationis perfectior omnibus sacrificijs legis naturæ, vt erat oblatio Abel, Gen. 4. 4. Melchisedech, Gen. 14. 18. Noë, Gen. 8. 20. Abraham, Gen. 21. 13. Tob. c. 1. 5.

Nam de ratione sacrificij est, vt sit oblatio externa rei alicuius sensibilis, quæ Deo offertur certo ritu, ad recognitionem supremi eius Dominij, & eius excellentiæ supra nos, & tanquam Domino vitæ & mortis, quam iustificemur per immutationem & destructionem eius saltem accidentalem: vt docet Suarez d. 73. se. 5. & Tanner to. 3. disp. 5. q. 3. dub. 1. n. 8. ob sacrificium Melchisedech, cuius populi vel fractione vel igne, vel esu Sacerdotis immutabatur.

Atqui in nullo sacrificio ita res oblata destruebatur vt in Eucharistico. Nam etsi in sacrificijs legis naturæ, aliqua destruebantur per combustionem ignis, tamen non tota substantia rei oblata destruebatur, sed tantum forma in pedibus & corpus. At in Eucharistico, tota prorsus substantia panis & vini destruitur, ac definit esse, siue per subtractionem Diuini concursus ad prolationem verborum consecrationis, vt vult Scotus cum suis, Ockam, Maior, Gabriel; Angelus apud Tannerum disp. 5. q. 4. n. 92. siue per illam actionem, per quam cõstruitur Corpus Christi præsens sub speciebus, vt docet Caietanus & Sotus, Valentia, Henriquez apud Tanner n. 91. siue per actionem diuersam ab ea, quæ cõstruit Corpus Christi præsens, sed per aliã, quâ speciebus detur nouus modus positius existendi per se repugnans cum actuali in hæretia, vt ait Suarez apud Tanner n. 92. *Quemadmodum sicera igni adhibita*, inquit S. Chrysostr. s. de pœnit. seu de Euch. in Encœniis, *illi assimilatur, nihil substantia remanet, nihil superfluit. sic & hic pura mysteria consumi Corporis substantia. Non per annihilationem substantia panis & vini*, inquit B. Laurentius Iustinianus de casto connub. cap. 24.

*Sed per mutationem substantia panis in Corpus Christi.*

161. *Secundo*, in lege Mosaicâ idem accidebat, quod in lege naturæ. Et quamuis in sacrificio quod dicebatur Holocaustum, res oblata igne consumebatur, tamen & pellis Sacerdoti cedebat, Leuit. 7. 8. & materia prima non consumebatur, sed remanebat in omnibus oblationibus. Tanta autem vis & potestas in nostra oblatione, est inaudita antea & summum miraculum: ideoque exigit summam correspondentiam reuerentiæ & deuotionis ad sacrificium adhibendæ.

162. *Tertio*, quando olim Deus ipse igne cælitus demisso comburebat sacrificia in signum quoddam ipsi placerent, vt asserunt S. Hieronymus, Procopius, Cyrillus Gen. 4. Chrysostr. Theoph. Oecumen. in c. 11. Hebr. 4. Cyprian. Orat. de Natiu. Dom. de combustis oblatibus Abelis & non Cain (quæ fuit occasio inuidiæ Cain) Gen. 4. 5. quomodo combustum est cælitus igne demisso postea holocaustum, & adipis populi Dei & Aaronis Leuit. 9. vlt. & sacrificium Gedeonis Iud. 6. 21. & Manue. Iud. 13. 20. & Eliæ 3. Reg. 18. 38. & Davidis 1. Par. 21. 26. & Salomonis 2. Paral. 7. 1. & Nehemiæ 2. Machab. 1. 22. 31. In his omnibus non fuit totius substantiæ transubstantiatio, vt fit in sacrificio Missæ, quocirca perfectior est in ea sacrificatio requiritur extrinsecè immutationem & destructionem aliquam rei oblata.

163. Magnum fuit miraculum, quando muri Ierichuntini, ad clangorem septem tubarum sacerdotialium, & vociferationem populi, corruerunt, vt prædixerat Dominus Iosu. 6. Sed maius est, quod ob verba Consecrationis Sacerdotalia fit

164. *Primo*, quia tunc nil substantiale murorum perit, sola vnio accidentalis laterum & calcis. Sed maius est hic miraculum, desitio totius substantiæ panis & vini, & quasi annihilatio totalis, prout pro tali habetur à quibusdam Theologis (Scoto in 4. d. 11. q. 4. Gabr. lect. 40. & 41. in Cât. Maiore d. 11. q. 1. Ockam in 4. q. 6. dub. 7. Angelo V. Eucharistia 1. numer. 3. quam sententiam Innoc. 3. libr. 4. de Euchar. cap. 20. probabilem censet.)

*Deinde*, muri illi, non sunt statim prolapsi, sed non nisi post 6. dies circuitus facti ab Exercitu Iosue, & non nisi septima die ad vociferationem maximam populi, & vocem tubarum septem longiorem atque conciliofrem, vers. 20. At hic submissa prolatione (idque ita iubente Ecclesiâ, verante tunc clamorofam vocem) verborum formæ cum exigua voce destruitur in instanti tota materia & forma panis & vini: & quod maius miraculum est, non destructis accidentibus eorum.

165. Quando Deus Leuit. 10. 2. *Filios Aaron egressos ignis à Domino deuorauit & mortui sunt*, lineæ tamen



men tunicæ, quibus vestiti erant, remanserunt. *vers.* Mirum est non combustas, sed & ignis fulminis similia præstat, exsiccat liquorem vase non consumpto, destruit cultrum vel gladium, vaginâ intactâ. At hic maius est miraculum, nõ destrui accidentia, destructâ totaliter tota substantia. Sicut miraculum esset, si quis Dei virtute dirueret columnas sustentantes fornixem, fornix verò non dirueretur, aut, si dirutis muris Iericho. eorum textum in aère, suo in loco remansisset, sed existentia specierum sine substantia sustentante adhuc est maius miraculum. Magna sunt ista opera Domini, quòd Sacerdotis ore prolatis verbis consecrationis ista patrentur. Quando Maria dixit Luc. 1. 38. octo illa verba. *Ece ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* ad hæc verba: *illico concipiebatur Filius meus in utero meo.* dixit Deipara S. Brigittæ l. 1. Reuel. c. 10. Verba tamen illa octo. non produxerunt Corpus illud, vti producunt verba quinque Corpus Christi, & sex, Sanguinem Christi. Deinde, Corpus Christi ex sanguine Mariæ conceptum est, sanguinis materia non destructa, vti destruitur substantia panis & vini. *Tertid*, semel tantum ex sanguine Mariæ Corpus Christi formatum est, à Sacerdote autem sæpè conficitur. *Quartid*, antequam nascatur, infans per nouem menses hæret in utero, hic statim post Consecrationem populo Christi Corpus & sanguis ostenditur. *Quintid*, à solo Spiritu sancto illud formatum est ex sanguine Mariæ, Eucharistia etiam à Sacerdote conficitur, & quidem actiud & Physicè per locutionem & verba consecrationis, & quidem non mortale, sed gloriosum, quale Virgo non genuit, nec peperit. *Sextid*, illud venit ad puriorem Angelis uterum Virginis, hic venit ad manus Sacerdotum multis peccatis maculatas, ad verba sæpè ore impuro prolata. *Septimid*, in Maria paruulus fuit, in altari, in ætatis lux plenitudine. *Octaid*, in Deipara utero, non per modum cibi, vti in manibus Sacerdotum. *Nond*, ibi nutritione egebat, hic venit ut nos nutriet. *Decimid*, ibi in sola illa, hic in tot Sacerdotum manibus & altaribus, & communicantibus sacramentaliter & realiter existit.

164. Quando Moyses, ut ait Clemens Alexandrinus l. 1. Strom. c. 13. non ferro, sed verbo (et si alij instrumento vsum Moysen verius dicunt) occidit Ægyptium, qui percutiebat Hebræum, Exod. 2. 12. quo modò, & S. Petrus occidit Ananiam & Saphiram Act. 5. 5. 9. magna vis fuit verborum Petri, maior sacerdotalium verborum, quia Petrus solam vnionem corporis cum anima annihilauit, materia & anima remanente, quippe immortalis. At in consecratione vtrumque ita destruitur, prout destruantur res dum annihilantur, quantum est in ipsis spectatæ, non considerato termino cõsecrationis, veluti succedere in locum panis & vini, scilicet corpore & sanguine Christi, in quæ cõuertuntur substantialiter,

Magna vis etiam verborum Eliæ fuit, quando ad eius insulam occisi sunt bis 31. personæ. 4. Reg. 1. 10. 12. Sed maior est Sacerdotis, quia sine vilo instrumento alio, quàm verborum, destruitur tota substantia panis & vini. Eliæ autem verba, non nisi per ignem cælitus delapsum occiderunt 102. homines non totam substantiam compositi destruendo, sed solam vnionem animæ cum corpore, exiguum modum substantialem, (quem multi, immeritò negant Nominales) & corpus organicum, manente materia prima per se incorruptibili, & anima rationali immortalis. Sicut ergo Petrus & Eliæ inde magnum habuerunt incitamentum ad reuerenter & deuotè obeundum opera Diuini cultus; ita nos, maiori potestate præditi, ea excitemur ad reuerentiam & deuotionem in Missa.

167. *Secundò*, Excellentia sacrificij huius ratione oblationis agnoscitur, quia in hac oblatione Eucharistica, præter destructionem substantiæ panis & vini, accidentia eadem numero, quæ erant antea, (vt ex communi docent S. Thom. q. 75. a. 5. & q. 77. a. 1. & 2. cont. gent. cap. 36. & alij quos citat & sequitur ac probat ex Concil. Trident. Florent. Const. Lateranen. Tann. disp. 5. q. 4. dub. 3. num. 50.) remanent sine subiecto vilo substantiali, à solo Deo sustentata. Magnum est hoc miraculum & beneficium, quod Deus dat nobis sacerdotibus, ideoque exigit à nobis reuerentiam & deuotionem eximiam. Si cui nostrum Deus daret hunc fauorem, vt quando vellet, eleuaretur à terra tempore Orationis, quòd tamen nulli Sanctorum concessit ad libitum eorum, sed interdum quando ipsi nec hoc desiderabant, nec cogitabant, imò quandoque (vti experientia patet, & docuit B. Ambrosius Salsedonius Dominicanus) nec aduertebant, multum moueretur tali fauore seruus Dei sic eleuatus, ad summam reuerentiam & amorem erga Deum: (vti experientia patet eorum, quibus Deus hoc aliquando concessit, nam sola recordatione talis beneficij, tota vita deinde redduntur deuotissimi, & nulla negligentia contaminant actiones diuini cultus.) Maius autem esset miraculum, si alicui Deus daret potestatem alios hoc modo eleuandi, & eleuatos sustinendi sine vilo naturali sustentaculo. Idèd meritò inter miracula post mortem à S. Elizabetha Regina Lusitanæ edita, secundo loco recensetur, quòd cum Dominicus Machado sabel lignarius, cooperiens tectum domus in S. Clare Monasterio, postquam affixit clauis alia ligna, staret super vno ex eis, octo ex istis lignis satis magnis exierunt à propriis locis, & separata à clauis, tetenderunt versus terram & vna cum illis idem Dominicus. Et cum ea essent deorsum tendentia per distantiam quatuor palmorum, ipse Dominicus inuocauit auxilium B. Regine, & illico ipse cū dictis lignis reuersus fuit supra, & ligna suis propriis locis, prout antea existebant, sese coaptarunt & affixerunt, ipso Dominico incolumi remanente. Quod iuratus

In Processu Canonizat,



ratus testatus est in Processu fol. 188. & sequi-  
 ple Dominicus, & duo alij de visa fol. 197. &  
 274.

Sed maius miraculum est existentia acciden-  
 tium sine sustentatione substantiæ. Plus Deus  
 facit quando nobis dedit potestatem acciden-  
 tia separandi à subiecto substantiali, & ea sic re-  
 linquendi sine sustentaculo: quia maius est hoc  
 miraculum quàm corporis humani in aère si-  
 tus sine sustentante. Hoc enim potest facere et-  
 iam dæmon naturali virtute, vt fecit in Simone  
 Mago ad breue tempus, illud autem nequaquã,  
 sed requiritur omnipotentia Dei, vt docetur in  
 Theologia.

169. Quocirca ob tam insigne miraculum, & be-  
 neficium nobis concessum, magis reuerenter &  
 deuotè sacrificare debemus. Quod procul du-  
 bio faceremus, si aduerteremus nos eleuari à  
 terra in oratione vel sacrificio Missæ, vt faciūt  
 serui Dei, quibus hoc Deus concedit. Tūc enim  
 serui Dei, vt Deus dixit S. Catharinæ Senensi in  
 Dialog. c. 79. solent in spiritu suo, propter violen-  
 tiam spiritus ascendenti & Deo vniti, habere corpus  
 suum quasi laceratum ab affectu spiritus, & sine viri-  
 bus in tantum. quod non esset possibile in vita corpora-  
 li viuere, nisi à Diuina bonitate, non à fortitudine cir-  
 cumdaretur. Et valde maius miraculum est in hac vn-  
 nione, quod anima non separetur à corpore suo, quàm  
 videre suscitari plura corpora mortuorum. Hæc sunt  
 verba diuinitus dicta S. Catharinæ à Deo Pa-  
 tre.

Conemur ergo in nobis excitare summum  
 deuotionis & reuerentiæ affectum, siquidem  
 plus Deus nobis in hoc sacrificio contulit,  
 quàm eleuari à terra, & alios miraculosè ele-  
 uare.

170. Tertio, Excellentia sacrificij ex ratione obla-  
 tionis cognoscitur inde, quia per eam Christi  
 Corpus, & Sanguis, & anima, & tres personæ  
 Diuinæ, constituuntur intimè presentes & con-  
 tentæ, ac quasi circumdatæ speciebus panis &  
 vini, & si diuerso modo. Nam ex vi verborum,  
 sub specie panis, solum Corpus: sub specie vini,  
 solus Sanguis præfens fit: nihilominus tamen, ex  
 probabiliori sententia, per actionem verborum  
 Consecrationis, tam vnus quàm alterius spe-  
 ciei, non solum Corpus aut Sanguis in Sacra-  
 mento constituitur, sed vtrumque simul & ani-  
 ma cum illis realiter coniuncta, vt docet post  
 alios Suarez. Accidentia verò, seu proprietates  
 Corporis Christi, non sunt hic ex vi verborum,  
 sed per concomitantiam tantum, vt cum S. Th.  
 q. 76. a. 4. docet Suarez, & Tanner d. 5. q. 5. dub.  
 2. n. 27. 28. 29. Sed Verbum quod in Sacramen-  
 to hoc, est vt subsistens cum naturâ humanâ,  
 & Diuinitas vnita humanitati Christi in eadem  
 hypostasi, & Pater ac Filius, qui sunt vnus cum  
 Verbo, non sunt in Eucharistia ex vi verborum  
 Consecrationis, sed per concomitantiam tan-  
 tum, vt docet S. Tho. q. 76. a. 1. ad 1. & Suarez &

Vasquez, & Tanner n. 31. & colligitur ex Con-  
 cil. Trident. Verbum autem immediatè est per  
 concomitantiam in Eucharistia, Diuinitas verò,  
 mediante Verbo, Pater autem & Spiritus san-  
 ctus respectu personæ Verbi mediatè, quia cum  
 Humanitate Verbi non habent vnionem rea-  
 lem, sed solum intimam præsentiam. Tanner n.  
 33. & Vasq. ac Suarez ab eo citati.

Magna est hæc Excellentia oblationis no-  
 stræ, habere quoddam, vt ita dicam, in Christi  
 Humanitatem & Deum dominium, vt quando  
 voluerit Sacerdos, possit tam certò facere præ-  
 sentem Christum speciebus panis & vini. Ideò  
 meritò exclamat S. Augustinus in Psalm. O vene-  
 randa Sacerdotum dignitas, in quorum manibus velut  
 in vtero Virginis Filius Dei incarnatur: vno eademq;  
 momento idem Deus, qui præsidet in calice, in manibus  
 vestris est in Sacramento altaris: Christus tractat Chris-  
 tum, id est, Sacerdos, Dei Filium, cuius sunt delicia esse  
 cum filiis hominum. Magna fuit prærogatiua S.  
 Ioannis Baptistæ, quod electus fuerit ad Chri-  
 stum digito ostendendum: Ecce Agnus Dei. Maior  
 est Sacerdotum, qui & eleuando vtraque manu  
 in factò, & distribuendo in communionem,  
 melius eum ostendunt, quia eum ostendunt,  
 quem ipsi ad illas species adduxerunt, & toties  
 in eis collocant cum aliis Diuinis personis, tali  
 modo, vt, si Trinitas extra hostiam non esset, in  
 hostiâ post consecrationem esset: vt post alios anti-  
 quos Theologos bene asserit Cardinal. de Lu-  
 go de Euchar. disp. 7. se. 8. n. 135. & 138. Nobili-  
 ori ergo modo dicunt: Hoc est Corpus meum,  
 quàm ille dixerit: Ecce Agnus Dei: qui longè abe-  
 rat à loco eius, & nec ad illum locum à Ioanne  
 fuit etiam localiter adductus, non tantum sub-  
 stantialiter, vt à Sacerdote collocatur Christus,  
 per conuersionem duarum substantiarum pan-  
 nis & vini, & quidem totalem quoad materiam  
 & formam. Quod ponderans S. Franciscus in  
 epistola ad Sacerdotes sui Ordinis: Videte, in-  
 quit, dignitatem vestram Sacerdotes: & estote sancti,  
 quia ipse Sanctus est. Magna miseria & miseranda in-  
 firmitas, quando ipsum sic præsentem habetis, & ali-  
 quid aliud in toto mundo curatis. Totus homo pauca,  
 totus mundus contremiscat. & calum exultet, quando  
 super altare in manibus Sacerdotis, est Christus, Filius  
 Dei viui, & Deus, & Dei Filius, sed se humiliat, vt pro  
 nostra salute sub modica panis formula se abscondat.  
 Nihil ergo de vobis retineatis vobis, vt totos vos reci-  
 pias, qui se vobis exhibet totum. Vnde habemus cau-  
 sam magnæ erga Deum reuerentiæ & deuotio-  
 nis. Quando Elisabeth se vidit visitatam à Ma-  
 ria, dixit: Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei  
 ad me: Plus est hoc, quod Christus facit Creator  
 & Dominus Mariæ. Et quidem obligans se ver-  
 bo suo ad veniendum quoties volumus, etsi vel-  
 lemus eum venire ad locum sordidissimum in  
 quo Eucharistiam vellemus consecrare. Si cui  
 nostrum se obligasset, idque motu proprio, non  
 rogatus, Rex, siliere se in quauis domo, etiam  
 caupo.



caponâ, & fordidâ, statim, sine mora, toties quoties vellemus, idque ex amore mei promississet infallibili promissione, incredibilem affectum reuerentiæ, deuotionis, & amoris erga Regem tam humanum & beneuolum habere. Multò ergo magis erga Deum eum habere debemus, quia nullus Rex, nec propter Patrem, nec propter Matrem, nec propter fratres aut amicos, id vnquam promitteret, multò minus faceret, vti Rex Regum Deus nobis quotidie facit.

Magnum erat excitamentum S. Elisæi ad reuerentiam erga Deum & deuotionem, quando 4. Reg. 6. ferrum submersum, ligno aquæ immerso, illud attraxit ad se, & reddidit ei qui illud amiserat. Multò maius est hoc, nostræ erga Deum reuerentiæ & deuotionis excitamentum, quia non ferrum, sed Deum speciali modo sacramentaliter & ineffabiliter veluti attrahimus ad species panis & vini, tum quia non superficiei eas tangentes, vti ferrum tangebatur lignum sed intus eas implentem, & ab eis contentam magis, quàm arca contineat aurum, & vestis corpus, cum quo non habet vllam vnionem physicam & realem, qualem habet Christus cum suis, quas implet suâ humanâ & diuinâ præsentia, speciebus, adeò inseparabiliter, vt nec illæ à Christo quamdiu non sunt corruptæ, nec Christus absit ab illis: tum quia sine difficultate vllâ, tantùm loquendo pauca verba, id efficiunt: Elisæus autem prius excidit lignum securi. Quando S. Paulinus intellexit à Christo Domino (vti scribit ep. ad Macarium) contactâ fuisse in naui auriculam Valgij senis, ex gentili Christiani, tam assidue illam venerationis causâ tangebatur, cum summâ deuotione, vt penè deterreret, & voluisset vel vnâ partem illius auris abscondere, nisi illi vulneris, quæ sibi pignoris res fuisset. Quod deuotius nos debemus tractare & tangere ipsum Christi Corpus reale, speciebus inclusum?

Quod, Excellentia sacrificij ratione oblationis seu sacrificacionis, etiam inde colligitur, quod actio Sacerdotalis, quæ conficit hoc Sacramentum, & per quam fit transsubstantiatio & conuersio panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi, habeat iuxta veriore sententiam, proprio proprio & formali termino, non solum modum accidentalibus ipsius præsentia, Corporis & Sanguinis in & sub speciebus (alioqui non esset actio & conuersio substantialis, si non terminaretur ad substantiam,) sed habet pro termino ipsam Corpus Christi & Sanguinem, quæ apta esset illud producere, si non existerent: sed cum existant, est actio substantialiter productiua substantiæ Corporis & Sanguinis Christi sub speciebus, vt bene probat Suarez disp. 50. sect. 4. & S. Albertinus, Sorus, Nunnius, Tanner & alij, quos citat disp. 5. q. 4. dub. 5. n. 77. & seqq. Sed maximè Koninck q. 75. a. 4. disp. 15. n. 52. & seqq.

quia, vt ait Gabriel in 4. d. 11. a. 3. dub. 1. vel. 2. si Corpus Christi non esset in rerum natura, ad prolationem verborum (consecrationis) formalium, Corpus Christi de nouo produceretur. Sed quia Corpus Christi præexistit conuersioni, conuersio substantialis est, quia est ad conseruationem substantiæ Corporis Christi in loco panis desinentis: Corporalis substantia, vt ait S. Cypr. ser. de cœna Dom. retinens speciem, sed virtutis diuina, inuisibili efficientiâ probans adesse præsentiam. Propter hanc autem vim productiuam, etsi non exeuntem in actum productionis, potest more Scripturæ verè appellari, producere & conficere Corpus Christi. Sic Apostolus ait: *Cōtristari spiritum sanctum* certis peccatis Ephes. 4. 30. non quòd actu contristetur, quia incapax est, sed quia contristarent eum, si esset capax tristitiæ. Sic Hebr. 6. 6. ait, *Christum iterum crucifigi*, certis peccatis, etsi eius Corpus nil pariat in intrinsecè vel extrinsecè à peccatis. Sic Deus dicitur *pœnituisse quòd hominem creauit*. Gen. 6. 6. Angeli fuisse Itaiæ 33. 7. quia si essent capaces, omnia ista in eis reperirentur.

Verè ergo Christus quantum est ex vi transsubstantiationis, producit sub speciebus panis & vini quoad Corpus & Sanguinem suum, vel, vt loquitur Koninck loc. cit. *Reproducitur*: quæ actio est tam mira & excellens, vt non possit ab vllâ potentia creata purè creaturæ, tanquam à causa principali, ne quidem secundum rationem genericam proximam, pendere. Nam in transsubstantiatione nihil est quod possit à potentia creata Sacerdotis effici, tanquam à causa principali immediatâ, nisi locutio, seu prolatio verborum formæ consecrationis, per quam fit transsubstantiatio instrumentaliter. At prolatio humana seu locutio, ex se non est apta facere mutationem substantialem, proinde, in sacrificio hoc, ne quidem secundum rationem genericam respicit tanquam causa principalis suum effectum, considerando hanc mutationem substantialem, etiam vt præcisam à supernaturalitate. Quamuis enim potentia aliqua creata, sit causa mutationis substantialis, vt est potentia generatiua, potentia tamen locutiua, quæ est efficiens per verba consecrationis transsubstantiationem, non est apta per se ipsam & naturâ suâ causare mutationem substantialem etiam partialem, (vt fit, dum sola forma producit in materia) multò minus totalem, vt destruat rota materia & formâ, & conuertatur in aliam substantiam conuersione substantiali. Quocirca mirabilior est hæc actio, quàm in Beatis productio visionis beatificæ, & amoris ac fruitionis Dei, quæ pendunt verè tanquam à principio actiuo, à nostro intellectu eleuato per lumen gloriæ, & à voluntate Beatorum actualiter concurrentibus, ad illos actus beatificos visionis, amoris, gaudij &c. Imò antecellit sacrificio crucis in his: *Primo*, quia actio immutatiua transsubstantiationis & destructiua substantiarum panis



panis & vini, est profusus tota supernaturalis ac diuina, at mors & occisio Christi (quia naturali virtute naturaliter facta est à crucifixoribus Christi) est naturalis. *Secundò*, quia actio sacrificij inuenti, ponit terminum substantialem, Christi nimirum Corpus & Sanguinem, est que eorum verè substantialiter productiua; At sacrificium cruentum, fuit essentialiter destructiuum vnionis substantialis, quam habuit anima cum Christi Corpore, similem vnionibus aliorum hominum: imò de facto eam destruxit, quia mortem causauit, quæ consequitur ex dissolutione vnionis animæ à corpore. Præterea, destruxit vniam hypostaticam vnionem partialem, quæ vniones alias duas hypostaticas (quarum vnâ, anima Christi hypostaticè vniebatur Verbo, alterâ verò vniebatur Corpus Christi Verbo) inter se coniungebat, & præterea cum eodem Verbo coniungebat hypostaticè vnionem naturalem animæ Christi cū Corpore. *Tertio*, quia in ipsa destructione, quæ intercedit in vtroque sacrificio (scilicet cruento in cruce, & in cruento in altari) hæc quæ est in Eucharistico altari, est supernaturalis, ratione accidentiæ eorundem numero remanentium, post destructionem substantiæ panis & vini, quæ in destructione peracta in sacrificio cruento in Christi Corpore non fuit. Accidentia enim quæ remanserunt, habuerunt subiectum: quæ verò in morte destructa sunt, non remanserunt, vt actiones vitales, animales, calor, motus, sensationes. *Quarto*, in sacrificio illo, & B. Virgini & Christi Discipulis, & Angelis erat materia fletus & doloris, hic contrarium. *Quinto*, in illo cruento, ministri oblationis erant Ethnici carnifices, solus Christus se offerens: in in cruento ministri sunt fideles, & cum Christo offert etiam Sacerdos, eius legatus & minister.

179. Meritò ergo Ecclesia in Canone Missæ, post Consecrationem & commendationem mortuorum, ait: *Per quem* (scilicet Christum Dominum nostrum) *hec omnia*, Domine semper bona creas; sanctificas; viuificas; benedixit; & prestas nobis.

Meritò S. Cyprianus serm. de cæna Domini, longè post med. dixit: *Vsq; hodie hoc veracissimum & propriissimum Corpus suum creat, & sanctificat & benedicit, & diuidit.*

Meritò S. Damasus Papa a. ait: *Sacerdotes proprio ore Corpus Christi consecrare.* Et B. Laurentius Iustinianus b. *Accipis veram carnem & corpus Christi crucifixi, quod in celo adorant Angeli, reuerentur demones, consueiunt Sacerdotes.* Et S. Hieron. ep. 3. ad Heliodorum: *Absit, vt de his quidquam sinistrum loquar, qui Apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore consecrunt.* Et Gregorius XIII. cuiuslibet Sacerdoti dicenti infra scripta verba, concessit Indulgentiam 50. annorum: *Ego volo celebrare Missam, & consecrare Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi &c.* Et S. Ambrosius l. de digni

facerd. sacerdotium appellat, *Discipulam professionem*, quasi Deum quodam modo facientem, scilicet sacramentaliter.

Talis autem præsentia excitare in nobis debet reuerentiam & deuotionem summam. Nã si Deus alicui nostrum daret hanc gratiam, vt sicut ipse suscitauit Lazarum, ita quotiescunq; vellet, suscitaret aliquem ante mille annos mortuum, & si de facto multos tales quotiescunq; voluit, verbis suis suscitasset; procul dubio summam cum reuerentiâ & deuotione non tantum Missæ sacrificium, sed omnes profusus res ad Deum colendum institutas expediret. Sicut expedit illi Dei serui, quibus Deus tales gratias miraculosas, imò minores concessit, vt sunt sanatio repentina cæcorum, claudorum &c. Tales enim, vt ex eorum Vitis scimus, summam cum reuerentiâ, deuotione, & Seraphico quodam affectu, omnes actiones Diuini cultus peragebant. Atqui longè maius est hoc beneficium, quod nobis omnibus Sacerdotibus fecit Deus, dando nobis potestatem, vt loquitur S. Hieronymus, *consciendi corpus Christi*, vel, vt ait Ecclesia in Canone Missæ, & S. Cyprianus loc. <sup>Aug. Viri sub hieua de Consec. diu.</sup> *Creandi corpus suum*; vel, vt dicit S. August. à Gratiano citatus, *Corpus Christi ex substantiâ panis efficiendi*; per consecrationis enim verba, ita facimus Christi Corpus præsens, vt, si non esset in celo, nec ipsum, nec Deus; ex vi verborum produceretur substantialiter in substantiâ suâ, & fieret præsens speciebus; cum tamen in suscitatione mortui nec materia prima, nec anima produceretur mortui ante 1000. annos, sed solus modus vnionis materiæ & formæ, & ad summum, si Corpus esset putrefactum, produceretur corpus organicum, non ex nihilo, sed ex materia præexistente; quod longè minus est productione transubstantiatuâ, in quâ nil substantiæ prioris remanet, quæ conueritur, & transubstantiatur in Corpus & Sanguinè Christi: ad quod Diuinitatis totius omnipotens concursus necessarius est. Ideò, cum, vt ait S. Greg. lib. 4. ep. 31. ad Mauritium imperatorem, Sacerdotes in Scripturâ Dij appellentur, etiam hanc ob causam Dij dici possunt, quia eis Deus diuinam virtutem communicat, ad Christum præsentem faciendum sub speciebus, per transubstantiationem substantiarum duarum. Hinc Apostolus 1. Cor. 4. 13. contumelia, & contumelias contra se & primos Sacerdotes dicta; meritò appellat *blasphemias*, quæ sunt peccata propriè contra Deum ipsum facta; *blasphemamur & obsecramus.* Et c. 10. 30. *Quid blasphemor pro eo, quod gratias ago?* Habet nescio quid Diuinitatis Sacerdos supra Corpus Christi etiam ex hoc, quod Eucharistiam post consecrationem benedicit *per mysticas benedictiones*; vt eas appellat Concil. Trident. sess. 22. c. 5. etsi eas S. Thom. 3. p. q. 83. a. 5. ad 4. dicat, non esse propriè benedictiones.

Quan-

a. ep. ad  
Steph.  
& Episc.  
pos Afric.  
180.  
de inst. &  
regim.  
Præc.  
21. col. 2.



Quando S. Francisco Xaverio, Dei voluntate, cancer marinus crucifixum submersum in mari, aruit ad litus, postquam eum Xaverius ex canceri chelis accepit, genibus flexis per semihoram cum socio oravit in litore, procul dubio ardentissimè, & cum summâ reuerentiâ. Atqui maius est, in remotiore loco Christum positum, scilicet supra cælum supremum existentem, substantialiter collocare, & quasi adducere ad locum specierum panis & vini, ob incredibilem distantiam Corporis Christi gloriosi in cælo existentis, & à cælo nunquam abentis. Siquidem diameter conuexi solius Firmamenti, seu supremi cæli, cõrrient 80. milliones, nongenta 42. millia, quadringenta millia, & septuaginta vnum & medium. Cùm autem sub Firmamento sint adhuc septem cælestia corpora, scilicet cælum faturni, & infra illud Iouis, deinde Martis, tum solis, postea veneris, tandem Mercurij, & infimum omnium Lunæ, quod cæteris minus est, tamen diameter eius conuexi, continet miliariorum germanicorum mediocrium, seu polonicorum (cõputando vnum tale miliare pro tribus Romanis vel pro quinque Lombardicis) centum 14. millia, octingenta quadraginta tria millia & 3. Cæterorum vero cælorum, cælo Lunæ altiorum diametri sunt multò longiores. Cogitate quæta sit distantia Corporis Christi gloriosi, existentis supra omnes cælus, à speciebus Eucharistiæ in terra positæ: iam si per hanc Consecrationem localiter Christi Corpus è cælo adduceretur ad species, & cælum descenderet, nõne esset magnum miraculum? & megnum incitamentum sacerdotibus ad celebrandum Missam summâ reuerentiâ & deuotione? Procul dubio. Cum ergo maius miraculum sit, Christum substantialiter ponere in speciebus, distantè à corpore glorioso prout in cælis remanente, maius esse debet incitamentum ad summâ quâ possumus reuerentiâ & deuotione, Missam Deo offerendam. Ponderemus ista & penetremus magnitudinem beneficiorum Diuinorum nobis sacerdotibus præstitorum, & vitamur Theologicâ doctrinâ quâ in scholis didicimus, non ad solam intellectuus illustrationem, sed ad pios motus affectus, vt speculatiuâ cognitione in scholis vel in libris acquisitâ, vitamur ad sancte Deum colendum, tam mirum benefactorem nostrum, & ad faciendam omnia perfectissimè, quæ spectât ad eius cultum, sicut faciunt Angeli in cælo, quibus nõ concessit talia beneficia, vt non semel pöderat S. Chrysol. 3. de Sacerdotio: *Necesse est, inquit, sacerdotem sic esse purum, vt si in cælis ipsis collocatus, inter cælestes illas virtutes medius staret, terribilia namq; atq; horribilia sunt quæ administrat*: Et sicut faciebant magi serui Dei, quibus Deus concesserat gratiam miraculorum patratorum, longè haec nota quotidiana, in sacrificio Missæ minorem, vt videmus. Conemur ergo, si non possumus Angelorum emulari reuerentiam quam habent in

cælis imitari saltem sanctorum quam habuerunt in terris, etiam ob minora his beneficia miraculosa. Alioqui timendum est nobis, si non ostēderimus nos gratos Deo, ob tot beneficia, quæ in solo sacrificio Missæ quotidie Deus, vt videmus, nobis præstat, & quæ exigunt magnâ gratitudinem declarandam in reuerentia & deuotione, de qua loquor. Vnde Io. Baptista Virellius, miraculis clarus laicus, vt scribit in eius Vita Franc. Cirocchi. l. 5. c. 3. dicebat: *Magis se timere beneficia sibi à Deo collata, quàm peccata quæ commiserat*. Meritò, quia peccata si confessione & satisfactione expientur semel, non sunt timenda. At cum beneficia quotidie noua ac noua Deus in nos conferat, semper iis obligamur magis ac magis ad correspondendum, alioqui ingratitude sola, est causa timoris sufficiens.

CAPVT TERTIVM.

*Tertium incitamentum, est potestas, quam Deus nobis per Ordinationem Ecclesiasticam contulit.*

DVplex est potestas sacerdotalis. Vna est Ordinis, & respicit Corpus Christi verum, quod conficit & offert. Altera Iurisdictionis & attingit Christi Corpus mysticum Ecclesiam. Ratione vtriusque præsertim primi, dicitur superare ipsos Angelos quibus id non est concessum, à S. Hier. ep. 1. ad Heluid. & à S. Greg. l. 4. Dial. c. 58. Ratione secundi, Sacerdos est quidam Deus: quia Dei est solius, dimittere peccata ex omniũ sensu, cõmunicatur tamen tantum in noua lege sacerdotibus non in veteri. Vnde meritò ait S. Ignatius in ep. ad Smyrnenes, *Sacerdotium esse summam omnium bonorum quæ in hominibus consistunt*. Hinc S. Greg. Naz. or. 1. n. 125. ait: *Sacerdotem Deum esse, & alios Deos efficere*. Et S. Ephr. 4. l. de Sacerdotio: *Sacerdotem esse miraculũ stupendum potestatem ineffabilem, cælum attingere, cum Angelis versari, cum Deo familiariter agere*. S. Nyssen. l. de vita Moïsis, *Sacerdotium rem non humanam esse, sed diuinam*. S. Ambr. l. de dign. Sac. c. 2. & S. Chryl. h. 5. de verbis Isai. *Sacerdotes, dignitate prestare Regibus*. S. Isidorus Pelusiota l. 3. ep. 20. *Esse medium quid inter humanam Diuinamq; naturam*. Hinc Valquez l. 1. de ador. disp. 6. c. 1. n. 170. non sine fundamento S. Thomæ putat, constitui posse virtutis habitum ab obseruantia communi distinctum circa cultum Sacerdotum, quod in eis sit specialis ratio dignitatis alterius generis quàm ciuilis, quæ moueat ad venerationem Sacerdotũ & Sanctorũ.

In primis autè ponderanda est duratio seu durabilitas potestatis sacerdotalis: nõ scimus nulli putæ creaturæ datam esse vllam potentiâ naturalem ipsi essentiæ & naturæ connaturaliter inditâ & quasi naturæ debitam, tam firmiter, tam inseparabiliter, tam durabiliter, vt est potestas sacrificandi, sacerdotibus à Deo attributa. Si confideremus potestates spirituales animæ, sunt quidè ita



anima, sed cum aetate, & per morbos deficiunt. Hinc perit memoria vsus in multis, & rationis per amentiam. Potestas Sacerdotalis nec annis nec morbis minuitur. Potentia corporea nutritiva, generativa, visus, & aliorum sensuum, cum aetate & per morbos perditur, vti & ipsa vita per mortem. Potestas Sacerdotalis etiam post mortem viget, quia remanet character, vsque ad eum, vti si mortuus Sacerdos resuscitaretur, non egeret noua consecratione, sed sicut antea, pollet valide & licite consecrare, vti docet S. Thomas lect. 7. in ep. ad Hebr. *Tertio*, potestates ex humana electione vel successione aut contractu aliquo libero ortae, vti sunt regimina Imperatorum, Regum, & minores, vel ab iisdem hominibus, qui eas contulerunt, vel per vim, vel alio modo saepe adimuntur & cessant, saltem morte finiuntur.

189. *Affectus est quis Magistratum, inquit S. Chrysol. hom. 9. ep. Rom. gloriam, principatum, in eo perpetuus non manet, sed confestim ab eo excutitur. nam vti honorem illum humana manus non eripiat, certe superueniens mors omnino ereptura est. At quae Deus bona largitur, (inter quae character est,) haudquaquam talia sunt, a quibus videlicet non homo, non tempus, non rerum aduersarum vis, non ipse diabolus, non mors ingruens nos deurbare poterit. Sacerdotalis potestas nunquam perditur. Quarto, saepe Deus ob peccata hominum priuat homines imperiis & Regnis, vti Saulem, Balthazarem, aliosque multos in Ecclesiasticis historiis relatos. Sacerdotes sua nunquam. Est enim secundum legem Dei ordinariam in hac vita indelebilis, vti communiter docent Theologi cum S. Thoma, & Tanner loco infra citando n. 196. ait esse de Fide ex Cōc. Florent. & Trident. sess. 7. ca. n. 7. & 9. Et est etiam in altera vita permansura, quod et si Suarez & Vasq. non putent esse de fide, est tamen S. Thomae, & inter Theologos recepta.*

190. Quocirca et si Deus Sacerdotio Aaronico promiserit durationem eius in sempiternum Exo. 28. 43. & ca. 29. 42. & 1. Reg. 20. 30. sed maxime num. 25. 13. vbi Deus per Moysen dicit iussit Phinees: *Erit tamen ipsi quam semini eius pactum sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo. & expiavit scelus filiorum Israel: scilicet occidendo seotantes duos; hoc tamen abstulit ob peccata Heli a domo eius 1. Reg. 2. 30. 32.*

Sic Deus posteris Abrahæ omnem terram Chanaan dedit in possessionem aeternam Gen. 17. 8. quae tamen eis oblata est. At potestas sacerdotalis in rigore loquendo, aeterna est, quam diu durabit anima immortalis, in qua est character sacerdotalis potestatis, inseparabiliter impressus in ordinatione Sacerdotum baptizatorum ab Episcopo baptizato, rite consecratorum. Vnde etiam ex hoc capite verum est, quod de sacrificio Eucharistiae scribit S. Cyprianus ser. de cena Domini: *Perpes est hoc sacrificium, & semper permanens holocaustum, nulla panem hunc multitudo consumit, nullam antiquitate veterascit. Est autem hic cha-*

192.

acter, non relatio realis inhaerens animae, sed qualitas absoluta & spiritualis ac supernaturalis, vti cum S. Thoma Thomista docent, & nostri Bellarminus, Valentia, Suarez, à Tanner citati tom. 4. disp. 3. q. 3. num. 177. & 180. Et est per modum habitus, & in prima specie qualitatis, & inhaeret ipsi essentiae animae, vti ait Bellarminus, Suarez, Vasquez, Tanner numer. 190. magis quam gratia, & habitus omnes supernaturales & acquisiti, qui perduntur per peccata & actus contrarios. Quocirca proportionem quadam de potestate sacerdotali dicere possumus, id quod dixit Daniel Dan. 7. 14. de potestate Dei: *potestas eius potestas aeterna.* Et ratione etiam Sacerdotum, bene dici potest, Christus Sacerdos in aeternum secundum Ordinem Melchisedech, quia in aeternum seruabunt hunc characterem, etiam in inferno damnati Sacerdotes.

193. *Quid, aliae dignitates hominibus à Deo & ab hominibus conferri solitae, non aequaliter omnibus tribuuntur. Plus enim potest vnus Rex, Iudex, Consul, Praetor &c. quam alter: & Deus potestatem miraculorum non aequaliter tribuit omnibus, vti nec gratiae dona, & gloria. At character sacerdotalis omnibus eodem modo & aequaliter imprimitur, dum imprimitur, aequae est in Papa ac in nobis, vti est communis sententia Theologorum apud Suarez, Vasq. Tanner n. 201.*

194. *Sexto, in nullo Sacramento veteris legis, etiam ad tempus, fuit, nec in vlla alia cerimonia, character indelebilis, vti est communis sententia cum S. Thom. q. 63. a. 1. ad 3.*

Hinc olim, vti notauit Vasq. disp. 134. c. 7. nu. 64. & seq. depositus Mosaicus Sacerdos, non indignus consecratione: non sic in Ecclesia Catholica nouae legis. Depositio enim tantum vsu & exercitio priuat, non potestate, ideo si depositus seu degradatus consecraret, verè consecraret, vti ex professo docet S. Thomas 3. p. q. 82. a. 8. Sicut & Schismatici & excommunicati, & haeretici & in peccato mortali existentes, dummodo sint verè ordinati Sacerdotes, possunt valide consecrari, et si non sine grauissimo peccato mortali, S. Thom. 3. p. q. 82. a. 7. Qui tamen character non fuit in Christo, tum quia non suscepit sacramenta characterem imprimentia, sed solam Eucharistiam: tum quia erat Dominus, & omni potestate capitis Ecclesiae in excellenti gradu plenus: tum quia character est signum proprium seruorum & subditorum.

195. *Potestate hac abuti potest Sacerdos, quia potest consecrare milles in die, vbique, quoties vult. Tantum fidei sacerdotibus Deus. Quando Rex sigillum suum concedit Cancellario, id est motuum magnum ad amandum Regem. Plus concessit Deus, quia sigillum sine subscriptione Regis non prodest. At Sacerdos etiam contra Dei voluntatem, si malus sit, vitiat characterem malè obeundo suum munus. Rex exigit intram-*



mentum pro fidelitate in vsu sigilli, Deus à Sacerdotibus, nec Ecclesia vllum iramentum exigit, quo obligentur specialiter non consecrare extra sacrificium Missæ; idè quoad hoc, magis fudit & liberalior est erga Sacerdotes, quàm Rex erga suos dilectos Cancellarios.

196. Angelis eam non dedit, hinc S. Angustin. in Psal. *Quod datum non est Angelis, concessum est homini. Sacerdos enim hoc ineffabile conficit mysterium, & Angeli conficenti quasi famuli assistunt super hoc tam insigni privilegio. Super callem miratur terra, veretur homo horret infernus, contremiscit diabolus, & veneratur quàm plurimum Angelica celsitudo.*

Quocirca cum hac potestate prædicti Sacerdotes, maiora miracula Dei virtute edant, in sacrificio, vi dixi, quàm sancti qui habuerunt Prophetiæ donum & miraculorum, & quidem hoc non durans, per modum habitus sed transiens, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 17. a. 2. debent magis excitari ad deuotè dicendam Missam motiuo huius potestatis, quàm sancti fecerint, motiuo gratiarum gratis sibi datarum.

197. Quando Eliæ Deus dedit potestatem 3. Reg. 17. & Iacob 5. aperiendi caelum vt pluuia decideret, magnum erat beneficium Dei, quo ille etiam valdè excitabatur, ad reuerenter & deuotè Deum colendum, et si illam gratiam non semper habuerit, vt habent Sacerdotes, quotidie Christum aduocandi è celo vero, non ex aère, vt erat illa pluuia. Idè deberent Sacerdotes longè magis excitari ob suam potestatem sacerdotalem, saltem ad ita reuerenter & deuotè dicendum sacrificium Missæ, sicut solent serui Dei excitari, gratià miraculorum vel Prophetiæ datâ is non permanentes, sed per interualla: idque non quando ipsi volunt, sed quando Deus eos mouet.

198. Noui ego in Societate nostra in Italia aliquot tales, quibus Deus exceptâ suscitatione mortuorum omnis generis miracula concessit, imò aliquibus maiora quædam, & rariora, quàm sit suscitatio mortuorum, & scio eos ab eo tempore, quo Deus cepit illis communicare gratias gratis datas, nunquam deinceps illos vllum peccatum veniale committere solitos, in meditationibus, & in Missa dicenda, sed omnia opera Diuini cultus, per multos valde annos esse ab eis peracta, etiam in Missionibus longis & ædibus externorum Dominorum, cum summa reuerentia & deuotione, ac perpetuo & nunquam interrupto feruore, ac sine vlla tepiditate scio eos vixisse per plures decades annorum. Multò ergo magis id debemus æmulari, maiore & stabiliore potestate donati à Deo. Quando Christus Paralyticum sanauit, verbo dicens ei: *Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Videntes turbe, timuerunt & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus, Matth. 9. 8.* Quotò magis glorificassent Deum, si illis ipsis

Lancij Opusc. Tom. 2.

eam potestatem dedisset. Maiorem nobis dedit, quàm si à paralytico morbum abegissemus, & illum in instanti domi suæ collocaassemus, vt nos substantias abigimus, & Christum sub earum speciebus collocaamus in instati. Ideo summa reuerentiâ, deuotione, & feruore debere mus, quodammodò euiscerando nos, offerre Missæ sacrificium, vt illud offerebant magni sancti, præsertim S. P. N. Ignatius, vt suo loco dicam, & S. Xaverius, & S. Philippus Nerius; & tot alij Dei serui & sancti.

CAPVT QVARTVM.

Quartum Incitamentum.

199. **A**D reuerenter & deuotè offerendum Deo hoc sacrificium est, accessio personarum quæ concurrunt ad hoc sacrificium offerendum. Nam concurrunt præter Sacerdotem, tanquam Christi Legatum immediatè offerentem, Christus ipse, in quantum homo. Quamquam, inquit Vasq. disp. 83. c. 3. n. 21. in 3. p. dici potest, Christus est Sacerdos, vt Deus homo, seu, homo Deus: quatenus valor sacrificij eius ortus est ex infinitâ dignitate personæ offerentis, Sacerdos secundum Ordinem Melchisedech. Ille enim est principalis offerens; Sacerdos autem Christo subordina tus & secundarius. Solus enim verus Dei Filius Patri acceptum sacrificium offerre potuit, idè venit in mundum, quia nullus talis poterat reperiri. Christus est ergo principalis Sacerdos offerens. Quod est de Fide, definitum in c. Firmiter. de sum. Trinit. & Fide Catholica, & in Cõc. Florentino in Decreto vnionis, & in Trid. c. sess. 22. cap. 2. vbi dicitur: *Vna enim eademq; est hostia, idem nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in cruce obtulit.* Et S. Ambros. l. off. c. 48. *Da nostro sacrificio, Christus ipse se offert quasi homo, quasi recipiens Passionem, velut Sacerdos noster; vt nostra peccata dimittat.* Et S. Anselmus in pl. 38. ipse, inquit, offerre manifestatur in nobis, cuius sermo sanctificat sacrificium, quod offertur. Est autem offerens non remotè, eò quòd hoc sacrificium instituerit, aut quia hoc ex eius meritis suam vim habeat, vel quia id offerendum mandauit, sed propinquè, quia Christo volente & iubente in personâ eius, à Sacerdote offertur, vt dicitur in Conc. Florent. & in Decretis citatis, & docet etiam S. Thom. q. 83. a. 1. ad 3. & quia Christus, vt in celo existens, immediatè per suam humanitatem, vt principale & coniunctum instrumentum Diuinitatis, concurrat ad transubstantiationem, quæ est essentia sacrificij, agendo simul vt homo supremum Dei cultorem & intercessorem pro nobis. Cum in altari Christus immolatur, inquit B. Laurentius Iustinianus s. de corp. Chr. clamat idem Redemptor ad Patrem, corporales suas cicatrices ostendens, quatenus ab æternis suppliciis sua homines interpellatione custodiat. Idque Christum

199.

200.

201.



- facere pro offerente & pro quibus offertur, quoties Missa offertur, ait Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 79. sect. 2. Nec tantum tunc Christus orat intercedendo, seu, ut ait Apostolus, *interpellando*
202. *pro nobis*, Heb. 7. sed & Passionem suam cruentam, seu sacrificium cruentum, ipsumque sacrificium incurrentem, Deo Patri representando in memoriam Passionis, ex Patris obedientia susceptæ, & ad illos fines seu effectus offerendo, quos cõfert viuus & mortuus: scilicet, in laudem Dei, in gratiarum actionem pro beneficiis, in satisfactionem pro peccatis, in impetratione rerum necessariorum, uti post alios bene explicat noster Turrianus, Bellarminus, Suarez, Tanner, d. 5. q. 9. dub. 3. n. 55. 56. Imò magis quam
203. Sacerdos, quia magis applicat ille solus effectus mortis suæ, & Eucharistici sacrificij: Sacerdos autem tantum ut Legatus eius & Minister: qui sæpè vellet liberare aliquem ex Purgatorio, vel aliquid aliud impetrare, nec tamen id assequitur, quia id à solo Christo pendet, etsi velit etiam sacerdotem offerre sacram oblationem Sed quantitatem, & tempus, & modum, Christus, ut homo Deus determinat, & applicat pro sua voluntate. Ideo Sacerdos essentiam sacrificij conficiens, verba Consecrationis profert non in sua sed in Christi persona: *Hoc est enim Corpus verum &c.* quemadmodum olim Angeli, vice Dei apparentes, dicebant: *Ego Dominus &c.* Exodi 20. & aliis in locis.
204. Quocirca merito S. Chrysost. h. 83. in Matth. ait, & aliis in locis, idem & alij Patres citati infatà: *Non sunt humana virtutis opera hæc quæ proponuntur: qui tunc ipsa fecit in illa cœna, idem & nunc quoque facit. Nos ministrorum tenemus locum, qui verò sanctificat ea & immutat, ipse est. Hæc est illa mensa, & minus nihil habet. Nõ enim illam quidem Christus, hæc autem homo perficit, verum & hæc ipse quoque &c.* Laice, cum sacerdotem videris offerentem, ne ut sacerdotem esse putes hoc facientem, sed Christi manum inuisibiliter extensam. Nec tantum Christi manum, sed & duarum aliarum personarum. Hinc exclamat S. August. in Psal. *O sacrum & celeste mysterium, quod per vos. Pater & Filius & Spiritus sanctus operatur. O venerabilis sanctitudo manuum: ð felix Exercitium.* quia in eo cum Christo principaliter offerente, etiam Sacerdos offert.
205. Quapropter, cum omnes Diuinæ personæ per Deitatem suam, tanquam causa principalis prima, concurrant ad omnes actiones Sacerdotis internas & externas, uti sunt cogitationes, affectus, intentio, prolatio verborum Consecrationis, genuflexiones, motus manuum & totius corporis situs, ac compositio; Et præter cõcursum hunc in genere causæ efficientis, etiam Deus intimè præsens nobis, omnia ista videat quæ facimus, ð cum quanta reuerentiâ & deuotione sunt omnia petagenda. Si modò Christus è cælo descenderet, & indubitatè sciremus verum esse Christum, & vellet nobiscum por-
- tare aliquod pondus, vel aliquam rem manuum, simul coniunctis operis facere, quis dubitat, quòd illum rem summa cum reuerentiâ & deuotione cum illo faceremus. *Quantum gauderemus*, inquit S. Bernardus ser. f. 2. post Pascha col. 2. *Si eum in propria specie videremus: quis non accederet, immò curreret, & teneret pedes eius? Sed cum eum quotidie percipimus in altari sub specie panis & vini, nobiscum habitat in habitu peregrino; ut olim Discipulis euntibus in Emaus apparuit. Sed cū fide diuina credamus, quæ certior est, quam esse possit aspectus oculorum & quæuis alia priuata scientia, etiam per reuelationem personalem hausta, de Christi & Diuinitatis præsentia, nobiscum hoc sacrificium suo modo conficientis, & Christum præsentem & Deum ad illud concurrere, multò magis debemus illud peragere cum omni possibili nobis reuerentiâ & deuotione. Nam si Legatus Regis obiens legationem, cauet, ne quid indecorè dicat vel faciat, vel omittat, quia id vergeret in dedecus Regis et si absentis, cuius personam tunc gerit, multò magis in hac summi momenti legatione, omnis irreuerentiâ & indeuotio vitanda est, & omnia decentissimè faciendâ, quia Christus adest, videt, audit quæ Sacerdos eius legatus ad altare facit. Nota est historia etiam à S. Ambrosio l. 3. de Virgin. allata ad persuadendum Virginibus abstinentiam in ministerio Dei, à gemitu, excreatu, tussu, & risu, de puero Alexandri, qui tenens facem tempore sacrificij, spectante Alexandro, passus est sibi manum aduri, ne illo indecoro gestu eum offenderet. Quocirca, ut loco citato scribit S. Ambrosius. *Excepti ignem brachio, atque adusto corpore mansit immobilis, nec tacto panem indicauit steru. Tanta in puero barbaro fuit disciplina reuerentiæ, ut naturam vinceret quantum magis, si ille puer ipsi sacrificanti Sacerdoti ministraret, idem præstaret? Cum ergo nos non solum spectatores, sed sacrificantes, assistamus sacro altari, vnâ cum Christo nobiscum per suâ Humanitatem sacrificante, & transubstantiante panem & vinum, & se sistente sub eorum speciebus, & Deo, id est, tota SS. Trinitate ad omnes minimos mentis & membrorum nostrorum motus & gestus præsentem & concurrentem, quanta est nobis adhibenda reuerentiâ & deuotio? Nam SS. Trinitas & Christi Humanitas, plus est quam Alexander & omnes Reges ac Monarchæ terræ, præter tres Diuinæ personæ cum Christi Humanitate præsentis, etiam personæ Angelicæ assistunt, & horum quoque assistentia cum summa reuerentiâ & deuotione coniuncta, excitare nos debet ad reuerentiam ac deuotionem, præsertim cum Sacerdos Malac. 2. 7. appelletur *Angelus Domini exercituum*, Sacerdos autem nouæ Legis, est multò præstator, tanquam corpus est præstantius vmbra. *Dex enim veras, vmbra habebat futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Hebr. 10. 1.**



Ideo S. Chrysoſt. ponderans illa verba Apoſtoli Gal. 1. *Eſt Angelus de celo euangelizer: illud, de celo, additum eſſe ait, ad diſtinctionem Angeli terreſtris, qui eſt Sacerdos.*

Quod autem Angeli aſſiſtant, docet in primis S. Dionyſius Areopag. l. de cæl. hier. c. 5. & 9. aſſerens Angelos extremi Ordinis præſſe Eccleſiaſtica hierarchie & miniſtrationi Sacramentorum: quem locum S. Maximus ſic illuſtrat referente Franciſco Turriano l. 2. de Euch. c. 18. *Angeli tertij Ordinis præſunt ſacerdotibus, & reſpiciunt myſteria qua ab eis conſiciuntur.* Et Tertull. l. de or. c. 17. ait: *Tempore ſacrificij Angelum orationis adſtaret.* Et S. Ambroſ. in c. 1. Lucae: *Non dubites aſſiſtere Angelum quando Chriſtus aſſiſtit, Chriſtus immolatur.* Et S. Bernardus l. 4. in dedicat. Eccl. ait: *Indeſſeſſa cultuſque ſanctorum ſpirituum ſanctificari muros Eccleſiarum.* Et l. 6. *Eccleſias ab Angelis ſanctis frequentari.* In Prato ſpirit. cap. 199. quidam ſanctus ſenex quocumque ſacrificium offerrebat, videbat Angelos ſibi dextrâ leuâque aſſiſtentes S. Saſoni Epifcopo ſolemnia Miſſarum agenti, ſemper Angeli Dei miniſtrabant, atque illo ſolo vidente, ſacrificium cum ipſo manibus ſuis frangebant, vti in Floriacenſi ſcribitur Bibliotheca in eius vita c. 13.

Vide Nigronium in 2. Reg. Comm. nu. 22. & Scotiam de Miſſa c. 12.

Quocirca, etiam hæc Angelorum præſentia excitare nos debet ad deuotiſſimè Miſſæ ſacrificium offerendum, & S. Chriſti Corpus ſumendum. *Conſidera quæſo,* inquit S. Chryſ. h. 61. ad pop. *Meſſa regalis eſt appoſita, Angeli meſſæ miniſtrantes ipſe Rex adeſt, & tu adſtas oſcutans?* Idem l. 6. de ſacerdotio: *Cum Sacerdos ſacrificium honore ac reuerentiâ pleniffimum perſecerit &c. per id tempus & Angeli ſacerdoti aſſident, & caeleſtium poteſtarum vniuerſus Ordo, clamores excitant, & locus altari vicinus, in illius honorem qui immolatur, Angelorum choris cinctus eſt.* Id ab ipſo S. Chryſoſtomo viſum eſſe, & præcipuis amicis ſpiritualibus priuatim enarratum, ſcripſit S. Nilus Abbas in epiſt. ad Anaſtaſium Epifcopum, & refert Baronius to. 5. an. 407. *Cum capſer, inquit, Sacerdos ſanctum ſacrificium ſeu oblationem facere, plurimæ ſtatim ex illis virtutibus de celo descendentes, ſolis induta ſplendidiſſimis, nudis pedibus, intentis oculis, prona altari magno cum ſentio & reuerentiâ quoad venerandum illud myſterium expletem ſunt, circumſteterunt.* Deinde huc illuc ſingula per totam domum diſſuſa, Epifcopus, Presbyteris & Diaconibus diſtributionem Corporis & pretioſi Sanguinis miniſtrantibus, adhaerunt, ſatagentes & ſedulo adiuuantes. Hoc ipſum aſſerit S. Greg. l. 4. dial. c. 36. *Quis, inquit, Fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolationis horâ, ad Sacerdotis vocem calos aperiri, in illo leſu Chriſti myſterio, Angelorum Choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena caeleſtibus iungi, vnumque ex inuiſibilibus atque viſibilibus fieri.* Quocirca meritò poſſumus ad hoc ſacrificium applicare illa verba Apoſtoli Heb. 12. *Acceſiſti ad multorum mil-*

Lancij Opus. Tom. 2.

lium Angelorum frequentiam, & teſtamenti noui Mediatorem Ieſum, & Sanguinis aſperſionem melius loquentem quam Abel. Non videmus quidem eos, ſed ſi nobis aperirentur oculi, vti aperti ſunt famulo Eliſæi 4. Reg. 6. videremus, vti videbat S. Chryſoſtom. & S. Euthymius, teſte Cyrillo in eius vita. Vide Nigron. in Reg. 2. Comm. numer. 37.

Nil dico, quòd ſancti Angeli in historiis Eccleſiaſticis legantur præ reuerentiâ ſancti ſacrificij, ſacrificium Miſſæ offerentibus miniſtrare, & reſpondiſſe ad omnia, in defectu Miniſtri vel alia occaſione. Hoc contigit S. Oualdo Epifcopo Wigornienſi, vti eſt in eius vita apud Sorium cap. 16. octob. 15. Et S. Gregorio Papæ, teſte Ioânes Diacono in eius vita. Nam cum dixiſſet. *Pax Domini ſit ſemper vobiscum.* Angelus Domini altâ voce reſpondit. *Et cum ſpiritu tuo.*

Et Fratri Ioanni Parmenſi Franciſcano toto tempore Miſſæ, Angelus ſpecie Fratris (qui obdormierat in cella) miniſtrauit, vti ſcribitur to. 2. Chron. Franciſc. l. 1. c. 57. Sed cum Ordinarius Miniſter è ſomno ſurrexit, & ei miniſtrare vellet, poſt Miſſam finitam, agnitum eſt, primum Miniſtrum, Angelum fuiſſe.

Noui & ego in Societate vnum, ſemper deuotiſſimè celebrare ſolitum, cui ſacrum dicenti viſi ſunt duo Angeli miniſtrare inſtar Diaconi & Subdiaconi, & dum eleuaret ſacram Hoſtiâ (in quâ eius hoſtia, tunc, & aliâ viſus eſt Chriſtus pulchri pueruli ſpecie) manus eius ſuſtentaſſe, dum Hoſtiam attolleret. Ita Deus remuneratur deuotionem in ſacrificio offerendo adhibitam.

Quocirca ſi ſolemus deuotiùs & magis reuerenter orare, & ſacrificium offerre, quando videmus noſtræ Miſſæ adſtare viros Principes & deuotos, quibus ſcimus non placere breues Miſſas ſed longas, vti erat Ferdinandus II. Cum Angeli nobis adſent, excellentiores omnibus Monarchis huius vitæ, coram quibus etiam Summi Pontifices & Imperatores genua ſteclunt, in ſignum adorationis; etiam ex hoc capite, debemus ſummâ reuerentiâ & deuotionè ſacrificare, eamque declarare in rebus ſuprà commemoratis. Hinc B. Laurentius Iuſtinianus ſer. de Corp. Chriſti: *Quoniam,* inquit, *ſacerdotes descendens de celo in carne Verbum, contractant manibus, tribuunt populo, in ſeſq. ſuſcipiunt, & Angelorum ſiue adſtantium, ſiue miniſtrantium vice funguntur, (quod nunquam datum eſt Angelis,) potiùs Angelicam quam humanam debent conuerſationem habere. Accedat igitur Sacerdos ad Altaris Tribunal vti Chriſtus, aſſiſtat vti Angelus, miniſtre vti ſanctus, populorum offerat vti Pontifex, interpellat pro pace vti Mediator, pro ſe autem exoret, vti homo. Dicerem ego, vti reus, multorum conſcius & conuictus criminum, & in hoc mundo tanquam in carcere expectans iudiciariam Dei ſententiam: Et hoc modo aſſiſtendum omnino dicebat S. Ioannes Climacus gr. 7.*



Sic, inquit, in prece tremens, nec aliter quam reus iudici assistens, ut & interiori & exteriori habitu, fauorem iusti iudicis conciliat.

Quapropter idem B. Iustinianus loco citato:

213. In oblationis hora, quantum fas est credere, aperiuntur cali, mirantur Angeli &c. Quamobrem colligitur, quanta cum veneratione ibi debeat assistere Sacerdos, cui consecrandi hostias, atque intercedendi pro populo, est impensa auctoritas. Quod tanto magis nos ad deuotionem & reuerentiam excitare debet, quia non quomodocumque adstant Angeli, sed, ut ait

214. Orig. h. 9. in Leuit. Perquirunt, & curiosè agunt, quid in vnoquoque nostrum inueniant, quod offerant Deo. Et S. Basil. in Psal. 18. Assistunt Angeli verba describentes, adest & Dominus, affectus intrantium considerans. Merito ergo S. Chrysost. hom. de non contemnen. Eccl. hoc motiuo suos excitat: Cogita prope quem assisteris, o homo, in sacro illo & horrendo sacrificio, cum quibus Deum su inuocaturus: cum Cherubim & Seraphim, & aliis celestibus virtutibus. Qui ergo indeuotè Missæ sacrificium Domino offerunt, magis merentur illam S. Bernardi reprehensionem, quã suos tempore Psalmodiæ indeuotos pestifera in Cant. Doleo aliquos vestrum graui in sacris vigiliis deprimi somno, (idem dico de aliis peccatis tempore sacrificij) nec cali ciues, scilicet sanctos angelos, qui se admiscere dignantur psallentibus, reuereri sed in presentia Principum tanquam mortuos apparere, cum vestra illi alacritate permoti, vestris interesse solemnis delectantur. Vereor ne vestra desideria quandoque abominantes, cum indignatione recedant, & incipiat unusquisque vestrum sero cum gemitu dicere Deo, Longè fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi. Et illud: Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria. Quo etiam motiuo vtitur B. Laurentius Iustinianus ad excitandos Religiosos ad deuotè Deo psallendum: A sanctis angelis, qui coram calorum Rege solennes indefinenter exercent excubias, & promunt laudes celestium cantionum, toties abiciuntur, quoties negligenter pronunciantur. Hi etenim superni ciues, & sancta agmina, intersunt choris laudantium, exultantq; in laudibus psallentium: si tamen distinctè, si attentè, si vigilanter, si ardentè, si concorditer, si humiliter dicantur. Discurrunt namq; inter illos, vixore ipsorum conciuies & confortes Regni. Comprimunt & immundorum spirituum impetus, nec eos seuire patiuntur, tanquam fideles custodes. Nunc ascendunt, nunc descendunt, semper ad illorum profectum. Vbiq; verò alacres sunt, vbiq; festiui, vbiq; solliciti, ne Diuina interrumpatur laus, ne celestia cantica maculentur. At, si vel ad momentum tepescat affectus, distrahatur animus, aut dormitet oculus, illico indignantur sic oscitantur, & non inuenientes quid offerant, suam mox presentiam subtrahunt. Verecundum igitur & valde perniciosum est, in conspectu tantorum Principum irreuerenter psallere, verba intercedere, & corde tepescere, & inutiles cogitationes tractare. Si ergo propter solam Psalmodiam, presentia Angelorum Sacerdotes excitare debet ad summam attentionem, reue-

de disc. & perf. mon. con. c. 17.

rentiam & deuotionem in psallendo, quanto magis actio sacrificij longè præstantior omni psalmodiã, etiam merè Angelica & celesti, summa cum attentione reuerentia & deuotionis seruator, peragenda est, etiam ex hoc capite, quia ei magis & cum maiore reuerentia adstet SS. Angeli ob realem presentiam in Eucharistia SS. Humanitatis Christi, quam ibi summe reuerentur & adorant, & ab aliis, præsertim sacrificium hoc tremendum offerentibus adorati & tractari honorificentissime & sanctissime desiderant, quippe ij qui melius quam nos, agnoscunt Christi Domini Humanitatis sacrosanctã Maiestatem Verbo æterno hypostaticè vnita. O si presentiam suam (pergit loco citato B. Iustinianus) propalare valerent, si quantum congaudeant de puritate alacriter psallentium (quanto magis deuotissime sacrificantium) eis liceret ostendere, prorsus omnis torpor abscederet, omnisq; ignauias fugaretur. Venustus namq; aspectus, & suavis ipsorum assuetus, cum etiam animi depellant tristitiam, atque indubitem inuentibus conferunt iocunditatem. Rutilant enim immortalitatis candore vestiti, nec minus fulgent caritatis diademate redimiti. Toti decori sunt, toti asabiles, toti deformes. Cum ipsis ergo pure, alacriter & solenniter, semper in corde, ac iugiter ore Domino decantemus. Ardeat in diuinis Officiis affectus, clamet vox, vigilant oculi, & vita concordet, ut merito dicere valeamus: In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus, adorabo ad templum sanctorum tuum, & confitebor nomini tuo Domine.

#### CAPVT QVINTVM.

##### Quintum Incitamentum.

AD hoc ipsum est, id cui offertur hoc sacrificium, qui est solus Deus trinus in personis, vnus in essentia. Hoc indicat summam excellentiam huius sacrificij, quod nulli alteri creature, possit illud sine peccato idololatriæ offerri, nec B. Virgini, nec omnibus sanctis simul sumptis, nec ipsi Christi Humanitati, etiam vt connotanti vnionem hypostaticam, sed soli Deo vt Deus est, ratione totali diuinitatis infinita. Vocat Deus etiam homines Deos. Sic dixit Moysi Exod. 7. 1. Ego constitui te Deum Pharaonis: Et Iudices ac primores populi Dii appellantur Exod. 21. Offeret eum Dominus eius diis. Et c. 22. Dominus domus applicabitur ad Deos & pl. 82. Dominus stetit in synagoga Deorum. Et sancti debent, per imitationem virtutum diuinarum, us in gradu eminenti, fieri deformes, vt non semel S. Dionysius Areop. loquitur de diu. nom. c. 1. & Desicari, vt ait S. Nazianzen. or. 47. & 2. in Iulian. Fieri Christi quodammodo in diuinitate simul & humanitate, vt dicit S. Anastasius Sinaita Patriarcha Antiochenus l. 7. hexam. Immo, vt simus Deus, quem admodum scripsit S. Augustin. ser. 13. de Tempore, & S. Chrysost. h. 2. in Matthæum, & S. Thomas O. pulcul.



pit. Col. 57. dicentes; Ideo Deum esse factum hominem, ut homo fieret Deus. Et quod maius est, S. Petrus 2. Pet. 1. 4. dicit, Homines officii Diuinae consortes natura. Et Christus promittit suis: Et maiora horum faciet, scilicet miracula. Ioan. 14. 12. Tamen nullam sanctorum fecit participem sacrificij, vt ei etiam secundarij sacrificium possit offerri, Communicauit Deus sanctis suis, vt possint esse obiectum & terminus amoris, honoris, adorationis, inuocationis, laudis, genitflexionis, vt accensione lampadum & thuris honorentur, vt sciant arcana cordium, vt etiam in hac vita habeant quaedam similia dotibus gloriosorum corporum, vt etiam vmbra sua non tantum sudariis sanent infimos, vt eorum cadauera arida & mortua, suo contactu suscitent mortuos, vt sicis pedibus ambulent super aquas, vt tangendo ignem non comburantur, vt ingressi fornaces ardentes non laedantur, vt illis ferae bestiae non noceant, sed famulentur, & alia admiranda faciant, quae legimus in eorum vitis; tamen nulli sanctorum nec omnibus simul sumptis concessit, vt possit eis, saltem secundarij, sacrificium Missae offerri: etsi concesserit, vt spes nostra secundarij feratur in eos; vt eius corpore pasceamur, & sanguine potemur, sibi soli hunc honorem reseruauit. Hoc est maximum signum Excellentiae sacrificij. Hinc Deus Exodi 22. 20. Qui immolat Diu. occidetur, praeterquam Domino soli. Vt cum S. Thoma 2. 2. q. 85. a. 2. & Trident. sess. 22. ca. 3. omnes Theologi docent, & haeretici fatentur. Et quamuis erigantur templa & altaria in honorem sanctorum; vt in iis sacrificia offerantur, tamen, vt bene ait S. Augustinus 1. 8. de ciuit. c. vii. & ex illo Conc. Trident. sess. 22. ca. 3. Non constituimus Martyribus templa, sacerdotia, sacra, & sacrificia, quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Vnde Sacerdos, non dicit, offero tibi sacrificium Patri vel Paule, sed Deo, de illorum victorijs gratias agimus; & nos ad imitationem eorum exhortamur. Vnde in oblatione primae panis in Missa dicimus: Suscipe sancte Pater &c. Et calicem offerendo: Offerimus tibi Domine calicem salutaris &c.

Et quidem haec exceptio sacrificij, non oritur ex morali quadam ratione & deputacione, ex qua videlicet oritur, vt non liceat, corporali, Purificatorio, & calice consecrato vt ad res profanas, ob consecrationem moralem, non obnatam suam: At sacrificium, ex natura sua intrinseca, est tam excellens vt Deus, ne quidem per potentiam absolutam possit statuere, vt illud alteri offeratur, quam ipsi soli non tantum ob adorationem patriae, quae in illo essentialiter includitur (quae etiam extra sacrificium sola mente nulli, nisi soli Deo, potest exhiberi) sed & ob tres proprias rationes sacrificij Eucharistici, quod Primò, continet transubstantiarum. Secundò, materiam sacrificij ac eius oblationem Corporis & Sanguinis Christi, non tantum verbalem (qua etiam à saminis

in oratione offerri potest Christus pro nobis oblati Patri aeterno) sed realem & effectiuam, quae à solis sacerdotibus legitimis tantum fieri potest. Tertio, adiunctum principalem offerentem Sacerdotem, scilicet Christum, cuius accessio ita intrinseca & necessaria, ad nullam aliam actionem humanam supernaturalem requiritur, neque in hac vita, neque in altera scilicet visione beatifica Dei, & fruitione eius, quae immediatè & principaliter, & totaliter prouenit à solis beatis animabus; lumine gloriae dotatis etsi non sine Dei concursu, quo etiam ibi indigent sancti ad suos actus vitales exercendos per totam aeternitatem.

Causa autem cur non possit Deus facere vt alteri quam ipsi offeratur sacrificium hoc, quia, vt ait S. Thomas 2. 2. q. 85. a. 1. & 2. per sacrificium, significatur Deus esse primum creationis principium, & vltimum beatitudinis finem, atque supremum rerum omnium Dominum, cui in signum debita nostra subiectionis & honoris, aliquod sensibile offerimus, ad significandum per rem sensibilem oblatam, interius spirituale sacrificium, quo anima se ipsam offert Deo in sacrificium, sicut principio sua creationis, & sicut fini suae beatificationis. Hoc autem nulli creaturae conuenire potest.

220.

CAPVT SEXTVM.

Sextum Incitamentum est,

Representatio non verbalis (vt fit in comædijs & Tragædijs poëticis) sed realis, & quidem substantialis; Christi Passionis & mortis. Nam, vt ait Conc. Tridentinum sess. 22. c. 1. In hoc visibili sacrificio, eruentum illud semel in cruce peractum, representatur. Et quidem non verbis, sed facto ipso; quia, vt idem Concilium c. 2. docet, vna eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in cruce obtulit sola offerendi ratione diuersa, quia in Diuino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus conuenitur, & inconuenit immolatur.

221.

Hanc ob causam sancto Patres sacrificium Eucharistiae appellant Passionem. S. Ambrosius l. 1. de Offic. c. 48. Nunc Christus offertur quasi homo passionem perferens, & offert seipsum quasi Sacerdos, vt peccata nostra dimittat: Et repetitam Christi Passionem & Christum in Eucharistia occidi, & quasi perferre passionem. Et Chrysost. h. 2. in 2. ad Timoth. ait crucis & Eucharistiae oblationem, eandem esse oblationem. Et B. Theodoretus in c. 8. Hebr. Noñ aliud sacrificium non offerre, quam quod in cruce oblatum est. Est ergo sacrificium Eucharistiae Passio, sola representatione, non re: Christus enim iam non moritur, vt ait Apostolus Rom. 6. 9. idèd re ipsa non patitur, sed representatiuè quia tamen non est representatio verborum vel picturae, sed factorum, vt paulò post dicam, idèd S. Greg. Papa h. 37. in Eccan. Christus, inquit, Qui in se resurgens

222.

Cypr. epi  
61. seu  
1. 2. ep. 3.  
Alex. Pa-  
pa, ep. ad  
omnes  
orthodo-  
zos Niss.  
or. 1. de  
resurr.  
Chryf. h.  
2. 4. in 1.  
Corinth.  
Ilych. 1. 2.  
in c. 8.  
Leuit.  
Gr. 1. 4.  
dial. c. 57.





*furgens à mortuis iam non moritur, adhuc per sacram hostiam in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam quoties, ei hostiam suam Passionis offerimus, toties nobis ad absolutionem nostram, passionem illam reparamus. Vbi duas causas ponit, ob quas in hoc sacrificio Missæ ait Christum iterum pati: Primum, ob fructum Passionis, quem per hoc sacrificium participamus, scilicet absolutionem nostram à peccatis, modo infra explicando, quod etiam Ecclesia in quadam collecta Missæ ait: Quoties enim huius hostie commemoratio celebratur, toties opus nostre salutis (scilicet in cruce tempore Passionis peractum) exercetur. Secundò, ob reparationem Passionis cruentæ, scilicet, repræsentationem, per oblationem mysticam incruentam.*

213. Quo autem modo Passio Christi repræsentetur à nobis, dum Missæ sacrificium Deo offerimus, Theologi variè explicant. Mihi placet eorum sententia, qui dicunt, Christi mortem (quæ erat cruentum sacrificium) repræsentari realiter (mysticè tamen, quia non est occisio naturalis Christi in Missa) in consecratione, dum sensibilibus verbis consecrationis, à Christo in vltima cœna, & à sacerdotibus in Missa prolatis, separatim, ex vi verborum consecrationis panis, ponitur Corpus Christi, sub speciebus sensibilibus panis, & deinde ex vi verborum consecrationis vini, ponitur solus sanguis Christi sub speciebus visibilibus vini ut supra n. 159. dictum est. Cum autem mors naturalis accidat, ex separatione sanguinis totius à corpore, & per hanc separationem naturalem Christus in cruce sacrificium suum cruentè peregerit, & se ita immolando, mortuus sit, etiam in Missæ sacrificio, hæc eius mors & separatio sanguinis à corpore, repræsentatur per positum, vi verborum consecrationis, Corpus Christi solum sub speciebus panis, tanquam separatam à sanguine, & per aliam consecrationem vini, vi verborum, positum solum sanguinem, sub speciebus vini. Et quia verè & realiter ponitur, & Corpus & Sanguis, sub speciebus, est vera & realis immolatio, & sacrificium, non tantum verbale, sed etiam coniunctum cum reali destructione totius substantiæ panis & vini, & conuersione ac mutatione substantiali (vni sancti Patres loquuntur) in Corpus & Sanguinem Christi, & quidè, ut loquitur S. Thomas, *conuersione substantiali, & reali Christi præsentia, per eius productionem, vel (ut loquitur Koninck q. 83. a. 1. Reproductionem, aut, ut Suarez & Tanner, Conseruationem substantialem.* Sicut si quis in comædia volens repræsentare actionem aliquam Regis, Regem ipsum verbis suis susteret præsentem, etsi non præmissa vlla mutatione substantiali, verè illa repræsentatio esset realis, non merè verbalis. Multò ergo magis in Missa vbi est transubstantiatio, & alia mira.

214. Talis autem repræsentatio singularis salutiferæ

mortis Christi non fit in vlla alia actione Missæ, ne quidem in comestione, quia ante summptionem Eucharistiæ, iam prius in ipsa consecratione & per ipsam, facta est realis destructio (quod ad sacrificium perficiendum requiritur) & quidem destructio substantiæ totius panis & vini, quæ maior est, quàm vnuquam sit facta in aliis sacrificiis antiquis propriè dictis, & simul est conuersio substantialis panis & vini in Corpus Christi & Sanguinem, remanentibus sensibilibus accidentibus eorum. Ideò meritò Concilium Toletanum 12. c. 5. ut referatur etiam Can. Relatum, de Consecr. dist. 2. Communionem Sacerdotis, tanquam diuersum quid ponit à sacrificio Missæ, dum reprehendit Sacerdotes, sæpius vno die sacrificantes, & tantum semel communicantes. Et addit: *Quasi verò non sit toties illi verò & salutari sacrificio participandum. quoties Corporis & Sanguinis immolatio facta consuevit.* Consummatum ergo est sacrificium Missæ & immolatio ante summptionem Eucharistiæ, Sacerdoti præscriptam. Et ita S. Gregor. Nyssenus h. 1. de resur. dicit: *Id est fuisse Corpus Christi immolatum arcanè & non aspectabili ratione. quòdo Christus Discipulis exhibuit Corpus edendum, & Sanguinem bibendum.* Sensit ergo non consistere immolationem Christi & sacrificium Eucharistiæ, in eius susceptione seu summptione, sed in Consecratione, quæ præcedit communionem, seu sacramenti summptionem, quæ ipsum sumentem & à peccatis liberat, & viniificat, & aliis replet bonis, etiam ut repræsentatio est Christi morientis, & Sanguinem pro nostra salute in cruce fundentis. *Quid agis Moyses inquit S. Chrys. h. 1. ad solomus, sanguis quis rationabilem hominem liberare consuevit? Valde, inquit, non ed quod sanguis est, sed ed quia Dominici sanguinis per eum demonstratur exemplum.* Quod hac similitudine illustrat: *Nam sicut regnantium statua, quæ sine animâ sunt atque sermone, nonnunquam ad se confugientibus hominibus anima atque ratione decoratis subuenire consueverunt, non quia sunt are conficta, sed quia retinent imaginem principalem; ita & sanguis ille qui irrationabilis fuit, animas habentes homines liberauit, non quia sanguis fuit, sed quia Sanguinis ostendebat aduentum &c.*

Cum ergo repræsentatio hæc, & ratione obiecti Christi morientis, seu passionis eius vel mortis in fieri, ut loquitur S. Th. 3. q. 50. a. 6. sit repræsentatio rei omnium rerum post Deum præstantissimæ, & summè admittendæ & summè nobis miseris utilis, & Deo summè acceptæ, ut nulla alia actio creata possit ei æquiparari; (vni mox ostendam) præterea, cum ipsa formalis, ut sic dicam, repræsentatio Christi mortis, quæ fit in sacrificio Missæ incruentè, mortem cruentam repræsentans, sit etiam actio præstantissima, & utilis secundo loco post passionem cruentam, ut partim antea ostendi partim aliàs ostendam, nemo dubitare potest, exigì à nobis summam reue-



reuerentiam & deuotionem in te tantā repræsentandā, & in ipsa repræsentatione mortis Christi creentur; seu Christi pro nobis morientis, & mortis eius in fieri. Quamquam & ipsa Christi mors in factio esse, secundum quoddam facta est separatio corporis & anime, quamuis, ut ait S. Thomas 3. p. q. 50. a. 6. non possit esse causa salutis nostræ, per modum meriti, est tamen per modum efficientiæ, in quantum scilicet nec per mortem diuinitus fuit separata à carne Christi, & idem quicquid contigit circa carnem Christi, & animam separatam, fuit nobis satisfactorum virtute diuinitatis vnite. Cuius illud corpus fuit instrumentum operans in virtute eius, etiam mortuum, ut ait ad 3. & infra explicabitur hoc cap. §. Sexto repræsentamus.

Quod ut apprehendamus meliùs, declaranda sunt ea quæ dixi. Primò, Passionem Christi, hoc est Christum passum, post Deum, esse omnium præstantissimam rem. Hoc patet inductione. Nam præter Deum & Christum passum, seu Christi passionem in concreto (talis enim Christi passio in Missa repræsentatur Christum continente) hæc tantum existunt in rerum naturâ:

Primò, Angeli quoad esse naturale. Secundò, sancti in cælo cum B. Virgine quoad esse naturale. Tertio, homines in mundo quoad esse naturale. Quarto, dona gratiæ in mundo & in cælo. Quintò, gloria SS. Angelorum & spirituum beatorum in cælo. Sextò, aliæ creaturæ irrationalis. Septimò, addamus his omnibus creaturis Christi humanitatem, ut mente præcisam à passione eius & morte.

Dico, Christum mortuum, seu Christi humanitatem mortuam in cruce esse rem omnium præstantissimam post Deum. Ratio huius rei est quia Christi humanitas per se sumpta, quam Christus immolauit in cruce per passionem & mortem, quoad esse creatum solam ratione vnionis hypostaticæ cum Verbo est præstantior omnibus Angelis, ideoque colenda est cultu latitæ, qui Angelis nullo titulo debetur nec deferri potest sine idololatriâ. Vnde etiam Christus est caput non tantum hominum beatorum & viatorum omnium, quotquot fuerunt, sancti, & erunt ab initio mundi ad finem, tam iusti, quam iniusti (solis, dānatis ob actualia peccata, vel ob solum originale, exceptis) sed etiam Angelorum beatorum: ut est communis sententia cum S. Thomâ 3. p. q. 8. a. 4. & 5. ad 1. Et patet ex Colos. 2. 10. Qui est caput omnis Principatus & potestatis: & Eph. 1. 21. & 1. Petr. 3. 22. Hebr. 2. 8. Vnde omnes Angelos regit & mouet autoritate sua & illuminat, ut docet S. Dionysius c. 7. cælest. hier. Eandem ob causam Christi humanitas immolata in cruce per passionem, seu Christus potens vel potius passus, est præstantior omnibus aliis creaturis supra nominatis, etiam B. Virgine, quia in esse naturæ est ei similis, præstantior tamen, quoad esse naturale, quia origi-

nem suam non sumpsit ut B. Virgo, totam à suâ matre vel Patre, sed tantum à matre materiam, & generationem particularem, reliquum & principalius à Spiritu sancto ut Deo, Patris naturalis efficientiam supplete. Et quia in Christo in summo gradu, illi soli concessio, erant omnes virtutes & gratiæ ac dona Spiritus S. quæ nec vnioni hypostaticæ nec statui beatitudinis repugnant (solâ fide exceptâ, quæ comprehensionis statui repugnat, & spe, quoad propriam beatitudinem, quam quia ab initio conceptionis suæ habuit, desiderare non potuit) tamen quoad actus secundarios spei, probabiliter habuit habitum spei, quo desiderabat beatitudinem proprii corporis & beatitudinis aliorum, & quo eliciebat amorem concupiscentiæ erga Deum velut summum bonum, ac beatitudinem naturæ rationalis, ut dicit Suarez q. 7. a. 4. cum S. Thom. ibid. & Tanner disp. 1. de Ineat. q. 5. dub. 1. nu. 30. Vnde & Vasquez concedit in Christo fuisse actum spei non verò habitum, disp. 43. c. 1. sed malè, quia ad connaturaliter eliciendos actus supernaturales, opus est habitum, ut communitè docent Theologi cum S. Thomâ 3. p. q. 7. a. 1.

Denique Christus, ut patiens & moriens seu mortuus pro nobis, est præstantior in te non tantum in conceptu, se ipso, ut nondum passus & mortuus: tum quia per mortem completam factus est completè noster Saluator, Redemptor & Mediator, & compleuit merita sua ac satisfactionem pro peccatis nostris. Vnde S. Thomas 3. p. q. 48. a. 1. ad 3. ait: *Passionem Christi habuisse aliquem effectum, quem non habuerunt precedentia merita, non propter maiorem charitatem, sed propter genus operis, quod erat conueniens tali effectui, ut patet ex rationibus supra inductis.* (3. q. 46. a. 3.) de conuenientia Passionis Christi. Immo q. 49. a. 6. ad 2. ait, eum per priora merita meruisse exaltationem corporis per modum eiusdem recompensationis: tum quia per mortem & ob mortem susceptam, ut ait Apostolus Philip 2. 9. *Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genuflectatur, caelestium, terrestrium, & inferorum.* Et Heb. 2. 9. *Vidimus Iesum propter passionem mortis, gloriâ & honore coronatum.* Denique quia, ut probat S. Thomas 3. p. q. 48. a. 1. 2. 3. 4. *per Passionem suam & asauit nostram salutem per modum meriti, & per modum sanctificationis, & per modum sacrificij, & per modum redemptionis.*

Secundò, Dixi repræsentationem Christi mortui esse rem summè admirandam, duas ob causas.

Primò, ratione rerum per quas in Missa repræsentatur mors eius. Primò, per destructionem supernaturalem substantiarum, panis & vini, quæ mirabilior est quippe supernaturalis, quam destructio naturalis Christi vitæ, facta solâ virtute naturali crucifigentium Christum. Secundò, per conuersionem substantiarum passibilium destru-



destruatarum, in Corpus & Sanguinem Christi. *Tertio*, per Christi productionem substantialem, sine substantiali productione rei alicuius nouæ substantialis huius productionis substantialis seu conuersionis substantialis, quæ fit in transubstantiatione. *Quarto*, ob maiorem quàm in cælo habeat, præsentiam in speciebus, quibus motus necessariò Christus mouetur, non sic ad motum cæli, si cælum in quo est moueretur. *Quinto*, ob specierum existentiam sine subiecto substantiali. *Sexto*, ob Christi corporis quanti & in cælo magnum spatium occupantis, in speciebus tamen existentis sine dimensione quantitaua & occupatione magni loci, sed in minimâ particulâ hostiæ magnam illam in cælo quantitatem, veluti restringentis & coarctantis ad vix perceptibilem visu loci partem. *Septimo*, ob existentiam Christi in pluribus hostiis distantibus fieri solitam, idque (supposita transubstantiatione) naturaliter sine miraculo factam per naturalem fractionem vel positionem hostiarum consecratam in pluribus locis. Quod magis mirum est, certo quodam modo loquendi, quàm existere vnum sanctum simul in pluribus locis: vel, si quis per miraculum poneret B. Virginis corpus è cælo non translatum, in tot eius templis, in quot vellet. Hoc enim Sacerdos non posset præstare sine concursu omnipotentiae Dei; at sine hoc concursu, per solum concursum naturalem Dei, vt authoris naturæ, quam dat omnibus creaturis tanquam causâ primâ vniuersalis, secundis, Sacerdos frangendo Hostiam consecratam, vel plures consecratas ponendo in locis distantibus, naturaliter facit, vt Christi Corpus verè per eius positionem, sit in pluribus locis distantibus, simul. Quæ existentia Christi in pluribus locis simul cum supernaturalis sit, magis mirum est, hanc rem intrinsecè miraculosam facere actione naturali non miraculosa, scilicet fractione hostiæ vel positione in pluribus locis: sicut si quis mortuum suscitaret, sine concursu Dei supernaturali, solo contactu naturali, præsertim casuali & non intento. *Octauo*, ob existentiam illius totius in totâ hostiâ, & totius in quavis parte hostiæ, & in infinitis si tot darentur. *Nono*, ob diuisionem in plures partes specierum, Christi Corpus intimè continentium, sine diuisione Christi corporis in plures partes.

*Secundò*, representatio Mortis Christi, seu Christi mortui, est res summè ex alio capite admiranda, ratione nimirum ipsius cruentæ mortis Christi quam representat. Quia Deum mori, magis repugnat Deo, quàm Deum incarnari, ideo illud est maximè mirum; ideo quoque magis mira est representatio hæc, rei magis miræ.

Quod autem magis mirum sit, & magis repugnans Deum mori, quàm incarnari, patet: *Primo*, quia Deus per incarnationem id acquisi-

uit modo præstantissimo quoddam maximè optabat in genere, vt ostendit, cum dixit: *Prou. 8. 31. Delicia mea esse cum filiis hominum.* *Secundò*, quia per Incarnationem acquisiuit nouam perfectionem, scilicet naturam humanam substantialem, rem omnibus puris creaturis post Diuinitatem, summè perfectam. Item præter naturam humanam substantialem acquisiuit aliquot vniones substantiales partiales supra num. 18. commemoratas, & hic necessariò commemorandas. *Primo*, vnionem naturalem animæ suæ cum corpore, similem aliis, qualem habent animæ aliorum hominum videntium, & quæ dissoluitur in morte, & quæ etiam in Christo dissoluta fuit in cruce. *Secundò*, acquisiuit partialem vnionem hypostaticam animæ suæ cum Verbo, quam retinuit in triduo mortis suæ. *Tertio*, acquisiuit aliam vnionem partialem corporis sui cum Verbo, seu personâ suâ, quam quoque retinuit in triduo mortis Christi. *Quarto*, acquisiuit præter has duas, tertiam vnionem hypostaticam in suâ humanitate, quæ duas vniones hypostaticas partiales paulò antè commemoratas inter se coniungebat, & cum Verbo diuino hypostaticè vniebatur quoque primam illam vnionem naturalem, quæ est in nobis quoque inter Corpus & animam: quæ quarta vnio hypostatica, vnâ cum vnione naturali corporis & animæ, dissoluta fuit in Humanitate Christi, in triduo mortis.

At Deus in cruce per mortem perdidit perfectionem vitæ humanæ debitam suæ Humanitati, & ratione vnionis hypostaticæ, & ratione tot meritòrum quæ habuit, & ratione beatificæ visionis: & cum vitâ perdidit aliquot vniones partiales, vnâ naturalem, alteram hypostaticâ. Ideò mirum est magis auctorem vitæ, vitam perdere, & vitam ei adimi ab eius creaturis, quàm duas naturas perfectas vniri in personâ Verbi, & naturam inferiorè exaltari ad tantam sanctitatem & beatitudinem animæ, quanta fuit in Christo in instanti eius Incarnationis, & nunc est in cælo. Merito ergo S. Petrus exprobrauit Iudæis Act. 3. 15. *Auctorem vitæ interfecistis.*

*Tertio*, dixi, nobis Christum mortuum representatum, esse rem representatam summè vilem, quia per eam Christus pro nobis mortuus, factus est noster plenè Sacerdos, Redemptor, Iustificator, Mediator, Saluator, caput Ecclesiæ, influens in nos tanquam in membra sua omnia dona gratiæ, & tandem Glorificator, & qui nobis meruit omnia tanquam suis membris.

*Decebat*, inquit Apostolus Heb. 2. 10. eum, qui multos filios in gloriam adduxerat, Auctorem salutis eorum per Passionem consummare. Et c. 9. 15. *Idè non vni testamenti mediator est, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaticationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt*



sunt eterne hereditatis Et c. 10. vers. 10. *Sanctificati sumus per oblationem Corporis Iesu Christi semel.* Loquitur de oblatione in cruce. Et 1. Ioan. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Et Eph. 5. *Tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.* Et 1. Pet. 1. *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Christi.* Et Heb. 10. vers. 14. *Vna enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos.* Dixit, in sempiternum, ob valorem mortis Christi, qui in dignitate mortalitatis, fuit infinitus. Ideo si per totam eternitatem crearentur à Deo noui & noui mundi pleni hominibus, in sempiternum possent à Christo his gratia & gloriae donis repleri, si ei obediunt. *Factus est enim omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae.* Heb. 5. 9. ideo qui non obtemperant, non applicatur eis fructus Christi passionis.

Quarid, dixi Christi Passionem & mortem fuisse etiam summè Deo acceptam. Ita est. *Primo*, quia Christus in sua morte magis quam unquam antea suam humilitatem, & obedientiam, & amorem erga Patrem aeternum demonstrauit, quia actus iste omnium erat difficillimus & ignominiosissimus. *Secundo*, quia per mortem compleuit valorem omnium preceptorum suorum actuum, quibus Deo placuit. *Tertio*, quia per mortem plenè acquisiuit Deo hereditatem summè expectatam tot hominum sanctorum, quibus & gratiam & gloriam primam mortè promeruit completè. *Quarid*, quia per mortem, extrinsecam gloriam Patris sui & totus Sanctissima Trinitatis propagauit, ortam ex actionibus & passionibus tot sanctorum, exhibitis, vigore meritorum Christi passionis, & mortis praecipue, & magis, quam vigore aliarum Christi actionum ante mortem peractarum, quae non erant adeo difficiles. *Quinto*, quia per mortem promeruit efficaciam Sacramentorum, & omnium donorum gratiae infusionem, ordinatam ad dilatandum Regnum Dei. Denique propter effectus Christi mortis, paulò post explicatius recensendos.

Atque ita omnes actiones B. Virginis & omnium sanctorum in hac vita elicitae, omnia martyria & passiones eorum, & omnes actus beatorum animarum sanctorum in caelis, tanquam è fonte Christi passionis & mortis sunt deriuati, ideoque necessariò magis est acceptus Deo fons (scilicet Christi mors) quam flumina & riuus inde deducti.

Dixi praeterea, ipsam representationem formalem, sed inuencam mortis Christi cruentae, esse rem praestantissimam & sanctissimam, non tantum ob causas supra explicatas, scilicet ratione rei quae offertur, ratione oblationis & potestatis quae offertur, & Dei, cui soli offertur, & ratione offerentis principalis, id est Christi, &

ratione Angelorum assistentium, sed formaliter, ratione ipsius representationis ut representatio est, seu, ut humano modo etiam civili loquar, ad rem meliùs explicandam, ratione huius comediae sacrae, in qua, ex diuinà institutione, representant sacerdotes Christum passum pro nobis in cruce. Qui, ut ait S. Thom. 3. p. q. 48. a. 1. 2. 3. 4. *passione sua causauit nostram salutem per modum meriti, & per modum satisfactionis, & per modum sacrificij, & per modum redemptionis, ut locis citatis pulchrè ostendit, & a. 6. ad 3. Passio*, inquit, Christi, secundum quod comparatur ad Diuinitatem eius, agit per modum efficientiae, in quantum verò comparatur ad voluntatem Christi, agit per modum satisfactionis, in quantum per eam liberamur à reatu poenae: per modum verò redemptionis, in quantum per eam liberamur à seruitute culpae: per modum autem sacrificij, in quantum per eam reconcilianur Deo. Haec nunc incipiam explicare.

Repraesentamus enim *Primo*, in hoc sacrificio Christum sanctissimè mortuum: quoad Exempla heroicissimarum virtutum, quae in eius passione & morte emicuerunt, scilicet, summa innocentia; agnita etiam à Iudice: summa humilitas: patientia: obedientia: amor crucifixorum, tam mediatorum Iudaeorum, quam gentilium crucifigentium ex impulsu Iudaeorum: amor omnium hominum, pro quibus mortuus est, etiam eorum, quos sciebat fore ingratos & damnatum iri; amor erga Patrem caelestem &c. Hinc Apostolus Rom. 5. ait. *Commendat istam caritatem Deus in nobis, quoniam cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Et per hoc dedit nobis, inquit S. Thomas 3. p. q. 46. a. 3. *exemplum obedientiae, humilitatis, constantiae, iustitiae, & ceterarum virtutum, in Passione Christi ostensarum, quae sunt necessariae ad humanam salutem.* Vnde dicitur 1. Pet. 2. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.*

*Secundo*, repraesentamus Christum in cruce Patri satisfacientem pro peccatis & debitis totius mundi. Colof. 2. 13. 14. *Cum essetis mortui in delictis conuiuiscit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus vos erat chirographum decreti, quod erat contrarium vobis, & ipsum tulit de medio, suffigens illud cruce.* Et 1. Ioan. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Vnde Concilium Tridentinum sess. 6. c. 7. *Causa meritoria (iustificationis) est dilectissimus vnigenitus Dei, Dominus noster Iesus Christus, qui cum essemus inimici, propter nimiam caritatem, quae dilexit nos sua sanctissimà passione, in ligno crucis nobis iustificationem meruit, & pro nobis Deo Patri satisfecit.*

*Tertio*, repraesentamus hoc modo, Patrem, nobis iratum, placantem 2. Cor. 5. *Erat Deus in Christo, mundum reconcilians sibi.* Quà de re S. Thomas ex professo agit 3. p. q. 49. a. 4. in quo probat, nos per passionem Christi esse reconciliatos duobus modis: vno modo, in quantum remouit peccatum, per quod homines



homines constituuntur inimici Dei, secundum illud Sap. 14. Similiter odio sunt Deo impius & impietas eius. & Psal. 6. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Alio modo, in quantum est sacrificium Deo acceptissimum: est enim hoc proprie sacrificij effectus, ut per ipsum placetur Deus. Sicut cum homo offensam in se commissam remittit propter aliquod obsequium acceptum, quod ei exhibetur. Et similiter tantum bonum fuit, quod Christus voluntarie passus est, quod propter hoc bonum in natura humana inuentum, Deus placatus est super omni offensa generis humani, quantum ad eos qui Christo passo coniunguntur, scilicet per fidem & caritatem & fidei Sacramentum, ut dixit a. 3. ad 1.

237.

Quartò, repræsentamus Dominum Iesum morte sua totum humanum genus redimentem precio sanguinis sui, ut ponderat & docet S. Thom. 3. p. q. 48. a. 4. Et a. 5. Pretium, inquit, redemptionis nostræ est sanguis Christi, vel vitæ eius corporalis, quæ est in sanguine. Hoc didicit à Spiritu sancto docente, Eph. 1. In quò habemus redemptionem per sanguinem ipsius. Et Gal. 3. Christus nos redemit de maledictione legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est Deut. 21. Maledictus est à Deo, qui pendet in ligno. Peccatum maledictum est, inquit S. Augustinus l. 14. con. Faust. c. 3. & 4. & per consequens, ait S. Thomas 3. p. q. 46. a. 4. ad 3. Mors est mortalitas ex peccato proveniens, caro autem Christi mortalis fuit, similitudinem habens carnis peccati, & propter hoc Moyses eam nominat maledictum, sicut & Apostolus nominat eam peccatum, dicens 1. Cor. 5. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, scilicet propter penam peccati.

Quintò, repræsentamus, nos à diaboli potestate & captivitate, quæ tenebatur in eius dominio, liberantem. Quamvis enim diabolus iniuste inuaserit hominem, inquit S. Thom. 3. p. q. 46. a. 8. ad 3. tamen homo propter peccatum, in se erat sub servitute diaboli derelictus à Deo. Et idò conueniens fuit, ut per iniustitiam homo liberaretur à servitute diaboli, Christo satisfaciendo pro ipso, per suam passionem. Fuit etiam hoc conueniens ad vincendam superbiam diaboli, qui est deserior iustitiæ & amator potentie, ut Christus diabolum vinceret, & hominem liberaret, non per solam potentiam Deitatis, sed etiam per iniustitiam & humilitatem passionis, ut Agust. dicit 13. Trin. 17. 19. Decebat, inquit Apostolus Heb. 2. 19. 14. ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum. Et Ioan. 12. 31. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicietur foras; & ego, si exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad me ipsum, hoc autem dicebat significans quæ morte esset voriturus. Et Colos. 2. 15. Expolians principatus & potestates, traxit confidenter, palam triumphans illum in semetipso. Quòd quidem, inquit S. Thom. 3. p. q. 46. a. 3. ad maiorem dignitatem hominis cessit: ut sicut homo victus fuerat & deceptus à diabolo, ita etiam homo esset, qui diabolum vinceret: & sicut homo mortem meruit, ita homo moriendo mortem superaret. Unde dicitur, Cor. 15. Deo gratia, qui dedit nobis vi-

etiam per Dominum nostrum Iesum Christum (quæ victoria, inquit ad secundum in eius morte paruit, dum eam coram hominibus patiens per incorruptionem corporis sui probavit extinctam) & idò conuenientius fuit, quòd per passionem Christi liberaretur, quam per solam Dei voluntatem.

Potro S. Thomas 3. p. q. 49. a. 2. circa potestatem quam diabolus in homines exercebat ante Christi passionem, tria esse consideranda dicit: Primum ex parte hominis, qui suo peccato meruit, ut in potestatem traderetur diaboli, per cuius temptationem fuerat superatus. Aliud autem est ex parte Dei, quem homo peccando offenderat, qui per suam iniustitiam hominem reliquerat potestati diaboli. Tertium est ex parte ipsius diaboli, qui sua nequissima voluntate hominem à consecutione salutis impeditabat. Quantum ergo ad primum, homo est à potestate diaboli liberatus per Passionem Christi, in quantum passio Christi est causa remissionis peccatorum. Quantum autem ad secundum dicendum, quòd passio Christi, nos à potestate diaboli liberavit, in quantum nos Deo reconciliavit. Quantum vero ad tertium passio Christi nos à diabolo liberavit, in quantum in passione Christi excessit modum potestatis sui à Deo traditus, machinando in mortem Christi, qui non habebat meritum mortis, cum esset absque peccato. Unde August. dicit in 13. de Trinit. c. 14. Iustitia Christi victus est diabolus, quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen: & vitæ instum est, ut debitores, quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine villo debito occidit.

Et ad secundum, quicumque ante passionem Christi diabolo resistebant, per fidem passionis Christi hoc facere poterant, licet passione Christi nondum peracta. Et ad tertium, semper per passionem Christi & paratum hominibus remedium se tuendi contra nequitiam demonum, etiam tempore Antichristi. Sed si aliqui hoc remedium vi negligant, nil deperit efficacia passionis Christi.

Sextò, repræsentamus eum, morte sua liberantem à peccatis, omnes eos, qui ante eum illa commiserant, & postea commiserunt vel committent ad finem mundi, Hebr. 9. 26. Semel in consummatione seculorum ad destinationem peccati, per hostiam suam apparuit: loquitur autem ibi de Christi passione, per quam semel susceptam ait eum redemisse mundum. Et ver. 128. Christus semel oblatas est, ad exhauriendam multorum peccata. Et ver. 14. Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis. Tractat hac de re ex professo S. Thomas 3. p. q. 49. a. 1. & probat illo testimonio Apoc. 1. Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Dicit autem, Passionem Christi esse propriam causam remissionis peccatorum Tripliciter. Primum per modum pronocantis ad caritatem: quia, ut Apostolus dicit Rom. 5. Commendat Deus suam caritatem in nobis, quoniam cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Per caritatem autem consequimur veniam peccatorum, secundum illud Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quò-



gratiam dilexit multum. Secundò, passio Christi causat remissionem peccatorum per modum redemptionis: quia videlicet ipse est caput nostrum per passionem suam quam ex charitate & obedientia sustinuit; liberavit nos tanquam membra sua à peccatis. quasi per pretium sua passionis. Sicut si homo per aliquod opus meritorium quod manu exerceret; redimeret se à peccato, quod pedibus commississet. Sicut enim naturale corpus est unum ex membrorum diversitate consistens, ita tota Ecclesia quæ est mysticum corpus Christi, computatur quasi una persona cum suo capite quod est Christus. Tertio, per modum efficientie, in quantum caro secundum quam Christus passionem sustinuit, est instrumentum Divinitatis, ex quo eius passionis & actiones operantur in virtute divinâ ad expellendum peccatum. Et ad primum ac secundum, Passio Christi licet sit corporalis, habet tamen quandam divinam spirituales, virtutem dimittendi peccata. quia caro eius est Divinitatis instrumentum, cui unita est virtus instrumentum. Porro Christus nos passione sua (ait ad tertium) liberavit casualiter, id est instituens causam nostræ liberationis ex qua possint quæcumque peccata quandoque remitti, vel præterita vel præsentia vel futura. Sicut si medicus faciat medicinam, ex qua possunt quæcumque morbi sanari etiam in futurum. Adhibetur autem (inquit, ad quartum) hæc medicina singulis per sacramenta, quæ habent virtutem ex passione Christi, (ut dicit q. 62. a. 5.) vti & fides formata, non solum quoad intellectum, sed etiam quoad effectum, secundum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius; ut habet ad quintum. Ideo inquit S. Thomas 3. p. q. 46. a. 3. per passionem Christi est homini inducta maior necessitas se immunitem à peccato conservandi, qui se sanguine Christi redemptum cogitat à peccato; secundum illud 1. Cor. 6. Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro. Et q. 50. a. 1. inter quinque causas ob quas ait conveniens fuisse Christum morti, quartam ait fuisse; Vt corporaliter moriendo similitudinem peccati, id est penalitati, daret nobis exemplum moriendi spiritualiter peccato: unde dicitur Rom. 6. Quod videlicet mortuus est peccato mortuus est senel: quod autem vivit, vivit Deo: ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo.

Septimò, representamus eum, morte sua, id est, metis suæ mortis infundentem gratiam iustificantem, virtutes, & dona Spiritus sancti omnibus illis hominibus, quicumque fuerunt, sunt & erunt iustificati. Heb. 10. 10. Sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel; loquitur de oblatione in cruce. Et Rom. 3. Iustificati gratia per gratiam ipsius. Rom. 4. Mortuus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram. Quia omnis gratia supernaturalis, quæ homini divinitus confertur ad iustificationem, est ex meritis Christi. Nam omnis benedictio spiritualis est à Christo in nobis. Eph. 1. 3. Hinc S. Thom. 3. p. q. 7. a. 9. ait datam Christo gratiam, tanquam principio cuidam uniuersali, cuius virtus se

Lancij Opusc. Tom. 2.

extendit ad omnes gratia effectus & operationes. Similia habet a. 10. & 11. & tora q. 8. Valent. Suar. Valq. Tan. disp. 1. q. 6. dub. 5. n. 159.

Quod etiam verum est, omnes antiquos Patres gratiam reparationis & gloriam, & quæ eò pertinebant, auxilia omnia gratiæ accepisse per Christum & ob eius merita, non secus ac nos ipsos: ut docet S. Thom. 3. p. q. 19. a. 4. & omnes Theologi, & hoc vocat Valq. disp. 77. nu. 25. Catholicam veritatem. Ideo S. Ioannes Baptista Ioan. 1. 16. suo & aliorum Patrum, qui Christum præcellerant, nomine dixit. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Et Apostolus Rom. 5. 12. 15. & seqq. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit &c. sed non sicut peccatum ita & donum. Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei & donum in gratiâ vnus hominis Iesu Christi in plures abundavit. Et ver. 18. Sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnus iustitiam in omnes homines in sanctificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi; ita per vnus obedientiam iusti constituentur multi. At obedientiam Christi præcipua fuit per mortem expleta Philip. 2. 8. Sic etiam 1. Io. 2. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed & pro totius mundi. Nam, ut dicitur Act. 4. 12. Non est in aliquo alio salus; nec enim aliud nomen est sub calo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Quocirca benè S. Augustinus scripsit l. de perfectione iustitiæ c. 19. Etiam iusti antiqui gratiâ Christi adiuti sunt. Et S. Cyrillus Hierosol. Catech. Deus à constitutione mundi vnâ eandemq; causam salutis instituit. Gratia autem Dei, quæ semper est iustificata vniversitas Sanctorum, aucta est Christo nascente, non cepta. Et hoc magnæ pietatis sacramentum, quo totus iam mundus impletus est, tam potens etiam in suis significationibus fuit, ut non minus adepti sint, qui in illud credere promissum, quàm qui suscipere donatum.

Et quamuis merita Christi non antecesserint tempore, gratias collatas Angelis & SS. antiquis, & Adamo ante peccatum, & post illud, collatas ex Christi meritis, tanquam præmio, id non obstat, quia meritum non physicè causat præmium sed moraliter, ideò non existens, dummodò præmium sit ab eo qui præmiator sit potest illum mouere ad dandum præmium alicui inuito præmissi meriti futuri alicuius, in quo habet quandam similitudinem cum causâ finali, quæ mouet operantem, antequàm in executione existat. Et ita, etsi Patres antiqui per gratiam sibi datam ante Christum incarnatum, impetrabant filios, ex quibus Christus nasceretur, & meriti sunt de congruo Christi incarnationem vel eius accelerationem; & per illam gratiam, etiam Maria se disposuit ut esset Mater Dei, non sequitur, non fuisse præuisa merita Christi, post Patres illos (ex quibus secundum carnem

X

carnem



carnem descendit) præciosos à Deo: quia, ut bene ait Soarez disp. 41. tom. 1. in 3. p. se. 1. Sicut ordine executionis gratia PP. antiquorum & Mariæ fuit prior Christi incarnatione, atque adeo etiam in præscientiâ Dei (intuentis res prout in executione fiunt) Christi merita non fuerunt prius præciosa quam gratia antiquorum PP. tamen secundum ordinem intentionis, & Diuinæ prædefinitionis, quâ Deus statuit, omnes homines redimere per Christi meritum, antecessit præscientiâ Christi meritorum: propter quæ sic præciosa, statuit dare gratiam antiquis Patribus, & merita congruentia, ut se ad tantum mysterium suscipiendum disponerent. Et quamvis eodem modo potuisset illis dari gloria ante Christi aduentum, sicut data est gratia, tamen non est illa data: quia Deus noluit: contentus fuit dare gratiam, ne homines qui Christum præcesserunt, perpetuò perirent, sed consequerentur remissionem peccatorum per fidem vitam in Christum venturum Gloriam autè dare tunc non fuit tanta necessitas, quando nondum fuit pro reatu totius naturæ Deo satisfactum, & quando non fuit cælum apertum pro hominibus, aperiendum primum per Christi carnem, cælum intraturi post eius Resurrectionem tanquam hominum Præcursoris. Hebr. 6. vlt. & c. 10. 20.

Ideò S. Isidorus Pelusiota l. 1. ep. 201. *Calorum regnum fermento comparatum esse ait, hoc est Domini ac Saluatoris nostri incarnationi peccati omnis experit, quæ vniuersum orbem terrarum conpersit, & vniuersi corporis ex nostrâ substantiâ atque à Dei Genitrice Maria sumpti, coagmentationi, quæ homines omnes qui ab orbe condito existerunt, ad nouum ortum renouauit.*

Ideò Christus dicitur occisus ab origine mundi Apoc. 13. 8. scilicet, ratione effectus mortis eius. Hinc Rom. 3. 25. *quem proposuit Deus propitiacionem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum.*

242. Quæ testimonia probant, etiam Adamum, omnem gratiam quam post lapsum suum accepit, accepisse ex Christi meritis, non minùs quam cæteros Patres, immò & primam gratiâ quam ipse & Eva acceperunt in statu innocentia, propter Christi merita acceperunt. Ita Valentia, Suarez, Tanner, contra Scorum, Almainum & Vasquezium 1. p. 1. disp. 93. n. 20. & 3. p. disp. 12. c. 2.

Sed Scripturæ & Patres vniuersim omnem gratiam Christo ut auctori attribuant Et S. Th. 3. p. q. 1. a. 3. ad 5. & 2. 2. q. 2. a. 7. docet Adamum in statu innocentia habuisse fidem Christi glorificationis: ergo & auctoris suæ gratiæ. Et q. 8. a. 3. ait, *Christum esse caput omnium hominum in quo vis statu existentium, de cuius tamen ratione ibidem a. 1. significat esse influxum in membra: ergo & in Adamum, qui fuit homo. Et lect. 10. in c. 1. Ioan.*

explicans illud: *De plenitudine eius nos omnes accepimus. Omnes, inquit, Apostoli, Patriarcha, Propheta & iusti qui fuerunt, sunt, & erunt, & etiam omnes angeli.*

243. Octauò, repræsentamus eum morte suâ præseruantem à multis peccatis, multos, immò omnes. Nam & hic est effectus mortis Christi præstantissimus. Ideò meritò S. Dionysius Areopagita c. 8. diu. nom. tribuit Deo tanquam excellentissimum modum saluandi ac redimendi, dum non permittit hominem cadere. Et S. Aug. l. de S. Virgin. c. 41. *Omnia, inquit, peccata sic habenda tanquam dimittantur, à quibus Deus custodit ne committantur. Et in Psal. 85. explanans illud: Eruiisti animam meam ex inferno inferiori, docet Prophetam dicere, se liberatum à pœnis inferni, quia liberatus à talibus peccatis, per quæ potuisset ad ea tormenta detrudi. Sicut medicus medicamentis præbitis ante mortem, dicitur liberalisse amicum à morte, non præsentem, sed futurâ: & Patronus reum à suspendio per suum patrocinium debitiq; solutionem. Inde, inquit Augustinus, se rectè dicunt liberari, quòd, per liberatores suos non sunt permisi, perduci. Sic Dauid Psal. 143. 10. *Qui redemisti Dauid seruum tuum, de gladio maligno eripe me, id est, qui præseruasti Dauid ne vulneraretur aut occideretur, eripe me in posterum à gladio. Et l. 2. confess. c. 7. Omnia, inquit, mihi dimissa esse fateor, & quæ me sponte feci mala, & quæ te duce non feci. Hoc ergo modo etiam illa peccata, à quibus omnes filij Adæ, & Adam ipse præseruatus est, ne ea committeret, Christi mortis beneficio impedita sunt.**

244. Nonò, repræsentamus eum morte suâ conferentem auxilia gratiæ varia positua, per quæ excitantur ad opera supernaturalia peccatores, quibus se disponunt beneficio Christi mortis, ad obtinendam conuersionem & iustificationem.

245. Decimò, repræsentamus eum morte sua præuenientem & adiuuantem iustos, ad opera meritoria facienda, per quæ crescant in accepta iustitia extra vsum Sacramentorū. In quos, beneficio suæ mortis, tanquam caput in membra, ut ait Conciliū Tridentinum sess. 6. c. 16. *& tanquā vitiis in palmite, in ipsos iustificatos ingit virtutem influit, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit & comitatur & subsequitur.*

Vbi notandum est cum Suario to. 1. de grat. l. 1. c. 18. num. 7. & Tanner 1. 2. disp. 6. q. 3. dub. 3. n. 56. quamcunque bonam cogitationem, etiam naturalem, dari propter merita Christi, si aliquo modo ad vitam æternam conducatur sine per se, siue per accidens, impediendo peccatum: quia talis cogitatio in prædestinatis est effectus prædestinationis, in reprobis verò potest esse effectus generalis prouidentia supernaturalis: & ideò etiâ est effectus prædestinationis Christi, qui non solùm nobis meruit propria dona gratiæ,



gratiae, sed etiam dona naturæ, prout ad spirituales salutem conferre aliquo modo possunt &c. quæ tamen dona naturæ talia posse vocari gratiam, ait ibi Tanner.

246. *Vndecimò*, repræsentamus eum per sacramenta novæ legis conferentem beneficio mortis suæ, omnia illa dona gratiarum, quæ per sacramenta ritè suscepta conferuntur ex opere operato.

247. *Duodecimò*, repræsentamus eum vi meritorum mortis suæ conferentem gratias sacramentales, singulorum Sacramentorum speciales, quæ sunt quedam actualia auxilia gratiæ, intuitu Sacramentorum ritè susceptorum dari solita, tum ad bonum usum Sacramenti in aliorum utilitatem ritè exercendum (si scopus Sacramenti eò tendat) tum ad gratiam habituales annexasque virtutes, ac dona sub propriâ & speciali cuiusque sacramenti ratione tuendâ conservandaque, & cum opus est, accommodatis actibus exercenda. S. Thom. Valent. Vasquez, quæ gratiæ cum conferantur, Sacramento iam non existentem, non producuntur Physicè per sacramenta, sed moraliter; nam efficientia Physica immediata non convenit rei non existentis Tanner 3, p. disp. 3, q. 3, n. 149: 153.

248. *Decimotertio*, repræsentamus eum morte suâ thesaurum Indulgentiarum reliquisse in Ecclesiâ pro vivis & mortuis, eumque dispensantem per vicarios suos, & vi meritorum suorum applicantem.

249. *Decimoquarto*, repræsentamus eum morte suâ ita gubernantem iustos multos, ne perdant gratiam acquisitam: quod facit, dirigendo eos ne in obiecta & occasiones tentationum periculo- sas incidant, & dum incidunt, ne eas advertant, vel, ut piis tunc cogitationibus occupati nil inde noxæ hauriant, vel, si tentantur ab iis, ut generosè præis suggestionibus & tentationibus resistant, & contrariis actibus se communi- niant.

250. *Decimoquinto*, repræsentamus eum morte suâ conferentem præsidia ad perseverandum in fine vitæ in gratiâ.

251. *Decimosexto*, repræsentamus eum mortis suæ beneficio iustos è Purgatorio liberantem, aliis modis quoque non per solas indulgentias, sed etiam per satisfactiones viventium, ad quorum utrumque, requiritur applicatio meritorum Christi vitæ, passionis, & mortis.

252. *Decimoseptimo*, repræsentamus eum dantem vim sacrificio Missæ ut sacrificium est, & habes ut passionis Christi distinctos effectus ab Eucharistiâ ut Sacramentum est.

253. *Decimo octavo*, repræsentamus eum ut liberantem nos à reatu pænæ æternæ, quæ & peccato originali & personali mortali non remisso debeatur. Nam, ut ait S. Thomas 3. parte q. 48. a. 4. in corp. Per peccatum, dupliciter homo obligatus est. Primo, servitate peccati: quia qui facit peccatum,

servus est peccati, ut dicitur Ioan. 8. & 1. Pet. 2. A quo quis superatus est, huius & servus est. Secundo, quantum ad reatum pænæ, quo homo obligatus erat secundum Dei iustitiam. Et hoc enim est servitus quedam: ad servitutem enim pertinet, quod aliquis patiatur quod non vult, cum liberi hominis sit, ut se ipso, ut vult. Quia igitur Passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccato & reatu pænæ generis humani, eius passio fuit quasi quoddam pretium, per quod liberati sumus ab utraque obligatione. Nam ipsa satisfactio quæ quis satisfacit sine pro se sine pro alio, pretium quoddam dicitur, quo se ipsum vel alium redimit à peccato & à pænâ: secundum illud Dan. 4. Peccata vestra elcemofinis redime. Christus autem satisfecit, dando id quod fuit maximum, se ipsum scilicet, pro nobis. Et idè Passio Christi dicitur esse nostra redemptio. Poccò S. Thomas 3. p. q. 49. a. 3. & ex professo hac de re tractans ait, Per passionem Christi nos liberatos esse à reatu pænæ dupliciter Vno modo directè, in quantum passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccatis totius humani generis. Exhibuit autem satisfactio sufficiens, tollit reatum pænæ. Alio modo indirectè, in quantum scilicet passio Christi est causa remissionis peccati, in quo fundatur reatus pænæ Et ad pretium, Sortitur autem effectum passio Christi in illis, quibus applicatur, per fidem & charitatem, & per fidei Sacramenta. Et idè damnati in inferno, qui prædicto modo passioni Christi non coniunguntur, effectum eius percipere non possunt.

254. *Decimonono*, repræsentamus eum, gloriam beatificam donantem iustis puris, quibus calum aperuit suâ passione, ante eam iis occultum. Hebr. 6. vlt. Præcursor pro nobis introiit Iesus. Et c. 10. Habemus fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi, quam intravit nobis viam novam & viventem per velamen, id est, carnem suam. Et Heb. 9. 15. Ideo novi testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum quæ erant sub priori testamento repromissionem accipiant qui vocati sunt, æternæ hereditatis. Ante passionem enim Christi, ut ait S. Thomas 3, p. q. 49. a. 5. Prohibebantur homines ab ingressu regni caelestis propter peccatum: quia sicut dicitur Isai. 35. via illa sancta vocabitur, & non transibit per eam pollutus. Est autem duplex peccatum impediens ab ingressu regni caelestis; vnum quidem commune totius humanae naturæ, quod est peccatum primi parentis. Unde legitur Gen. 3. quod post illud peccatum collocavit Deus Cherubim & flammæum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Aliud autem est peccatum speciale vniuscuiusque persona, quod per proprium actum committitur. Per passionem autem Christi liberati sumus non solum à peccato communi totius naturæ humanae, & quantum ad culpam & quantum ad reatum pænæ, ipso solvente pretium pro nobis, sed etiam à peccatis propriis singulorum, qui communicant eius passioni per fidem & charitatem & fidei sacramenta. Et idè per Passionem Christi aperta est nobis ianua regni caelestis. Et hoc est, quod Apostolus dicit Hebr. 4. quod Christus assis- sions Pontifex futurorum bonorum, per proprium sanguinem



sanguinem introiit semel in sancta, aeterna redemptione inuenta. Et hoc figuratur num. 35. vbi dicitur, quod homicida manebit ibi, scilicet in ciuitate refugij, donec Sacerdos magnus qui oleo sancto vnctus est, moriatur; quo mortuo, poterit in domum suam redire. Et Apostolus dicit: Habemus fiduciam in introitu Sancto- rum, scilicet celestium in sanguine Christi. Et ad quartum, Christus passione sua meruit nobis introitum regni celestis, & impedimentum remouit. Sed per suam ascensionem nos quasi in possessionem regni celestis introduxit. Et ideo dicitur Mich. 2. Quod ascendit pandens iter ante nos.

255. Vigesimo, representamus eum post mortem Sanctos in terris honorantem, concessis gratiis curatonum, per eorum Reliquias, vestes, loca, quae incoluerunt, per inuocationem eorum, & aliis modis in Ecclesiasticis historiis descriptis.

256. Vigesimo primo, representamus eum, ut promeritum Electis ipsam praedestinationem & electionem ad gratiam & gloriam, saltem absolute spectatam, non consideratam comparatiue, ut est huius potius quam illius. Quanquam hoc secundum, etiam asserit Valq. I. p. d. 94. c. 3. citas pro se Catharinum, Vegam, Cassalium; idem scribit Cabrera, Suar. Valent. Tanner. Vnde merito exclamat Apostolus Eph. 1. 3. 4. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in celestibus in Christo sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Et vers. 5. Qui praedestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae.

257. Vigesimo secundo, representamus eum morte sua sibi varia promeritum sua admiranda obedientia & humilitione commendata ab Apostolo Paulo, Philip. 2. de qua S. Thomas 3. p. q. 49. a. 6. ex professo tractans, ait, Christum in sua passione se humiliasse infra suam dignitatem, quantum ad quatuor: Primo, quantum ad passionem & mortem, quia Corpus eius passum est in sepulchro, & anima in inferno. Tertio, quantum ad confusionem & opprobria quae sustinuit. Quarto, quantum ad hoc quod est traditus humane potestati; secundum quod ipse dixit Pilato: Ioan. 19. Non haberes in me potestatem, nisi datum tibi esset de super. Et ideo per suam passionem meruit exaltationem, quantum ad quatuor. Primo, quantum ad resurrectionem gloriosam: vnde dicitur in Psal. 138. Tu cognouisti sessionem meam, id est, humilitatem meam passionis, & resurrectionem meam. Secundo, quantum ad Ascensionem in caelum. Vnde dicitur Eph. 4. descendit primum in inferiores partes terrae: qui autem descendit ipse est, & qui ascendit super omnes caelos. Tertio, quantum ad concessum paterna dextera & manifestationem Diuinitatis ipsius, secundum illud Isai. 52. Exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde, sicut obstupuerunt super te multi, si inglorius erit inter viros aspectus eius. Et Philip. 2. dicitur. Factus est obediens

vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut scilicet ab omnibus nominetur Deus, & omnes ei reuerentiam exhibeant sicut Deo. Et hoc est quod subditur: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium & infernorum. Quarto, quantum ad iudicariam potestatem dicitur enim Iob 36. Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumq; recipies. Sed plura his meruit, ut bene recentiores Theologi obseruauerunt. Commemoremus omnia. Meruit.

Primo, gratiae suae & gloriae continuationem & perpetuitatem, ut bene obseruauit in praclaro opere Theologico de Incarnatione nostri Martinus Perex.

Secundo, meruit omnia auxilia gratiae actualis, & concursus Dei ad omnes suos actus meritorios, dempto primo, ut idem ibidem docet eum Suario.

Tertio, meruit illam directionem actualem ac specialem Diuinae providentiae, qua Christi animae est concessum, ut nunquam a bono deuiuerit, ut idem bene asserit.

Quarto, gloriam sui Corporis, Christum oportuit pati, & scinirare in gloriam suam. Luc. 24. atqui gloriam animae habuit ab instanti conceptionis, ergo ad gloriam Corporis.

Quinto, Dico cum Suario 3. p. q. 19. a. 3. d. 4. sect. 3. Christum meruisse impassibilitatem animae suae, seu indolentiam, quam assecuta est ab instanti mortis suae, quod etsi in dubium reuocet Magr. in 3. d. 18. (qui eam a puncto resurrectionis potius ait factam perfecte impassibile) tamen verius est cum Paludano q. 2. a. 3. statim talem fuisse, quia statim ac fuit separata a corpore passibili fuit simpliciter & omni ex parte beata; quantum esse potest anima purissime separata a Corpore; hoc enim est commune omnibus animabus iustorum purgatione non egentium.

Sexto, resurrectionem sui Corporis mortui, & omnes dotes gloriosi Corporis. S. Thom. 3. p. q. 53. a. 4. ad 2. Nam & alij iusti merentur resurrectionem suorum corporum.

Septimo, meruit triumphum suae Ascensionis. Ego vici, & sedeo cum Patre meo: Apoc. 3. Quid est quod ascendit, nisi quia & descendit prius! Eph. 4. Suarez.

Octauo, regiam dignitatem & supremum dominium in vniuersum orbem, nec non potestatem spirituales in caelo & in terra, quoad perfectum statum, vsum & possessionem, non tantum in actu primo. Sic ipse ait Matt. vlt. 18. Data est mihi potestas in caelo & in terra. Et Apostolus Rom. 14. 9. In hoc Christus mortuus est, & resurrexit, ut & mortuorum & viuorum dominetur. Suar. Valq. Tanner. Quamuis enim ut Deus fuerit semper Dominus, ac caput Ecclesiae, & sic ista non meruit, quamuis etiam ratione vnionis ante merita hoc ei debitum fuerit, ideo ut sic, illam non meruit;

Tan. to. 3.  
d. 1. q. 6.  
dub. r. n.  
166. &  
segg.



meruit; quia tamen caruit veluti possessione, & vtu huius domini & dignitatis: hoc modo illud postea meruit: quomodo Bernard. lib. 3. de consid. ait, Christum merito redemptionis vendicasse sibi possessionem caeli & terrae, iuxta illud Matth. vlt. *Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.*

266. Nondum meruit exaltationem nominis sui, factam per praecelata de eo testimonia & encomia Prophetarum, Apostolorum, Angelorum, & Dei ipsius. S. Thomas q. 19. a. 8. Vafq. disp. 79. c. 2. Hinc S. Thomas 3. p. q. 46. a. 1. probans fuisse necessariam Christi passionem ratione finis secundam causam necessitatis ait fuisse ex parte ipsius Christi qui per humilitatem passionis meruit gloriam exaltationis Et ad hoc pertinet, quod dicitur Luc. vlt. *Nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam?* Et S. Augustinus tractat. 104. in Ioan. ponderans testimonium Apostoli ad Philip. 2. iam citandum: *Et mediator, inquit, Dei & hominum, homo Christus Iesus resurrectione clarificatur vel glorificatur, prius est humiliatus passione: non enim à mortuis resurrexisset, si mortuus non fuisset. Humilitas claritatis est meritum. Claritas, humilitati est praemium.* Hoc Apostolus indicat: *Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod est super omne nomen.* Philip. 2. Propter, est causalis, non tantum consecutio vnus post aliud, vt voluit Haereticus cum Caluino l. 2. Inst. c. 17. l. 6. negare Christum sibi aliquid meruisse. Et Heb. 2. *Videmus Iesum propter passionem mortis gloriae & honore coronatum. Dignus est Agnus qui occisus est, accipere Diuinitatem.* Apoc. 5. id est, vt honoraretur tanquam Deus. Testimonia autem, per quae exaltatum est nomen eius, sunt inter alia, Patris, post baptismum, Matth. 3. & post transfigurationem iterum, Matth. 17. Laudes Angelorum die Natiuitatis: manifestatio facta magis per stellam: Apostolorum.

267. Decimò, summum sacerdotium in Ecclesia (Vafq. Tanner) sibi proprium & singulare, praestantissimum sacerdotis naturae, Mosais. Legisque nouae, quia potestas sacerdotalis in Christo fuit excellentior & altioris ordinis, tum quia sacerdotium eius ad duplex sacrificium cruentum & incruentum ordinabatur, tum quia effectus sacrificij ab illo pendet potissimum & primario.

268. Vndecimò, autoritatem supremi in Ecclesia capitis. Vafq. Tanner.

269. Duodecimò, meruit sibi iudiciariam potestatem, S. Thom. 3. p. q. 59. a. 3. Suar. Vafq. Tanner Ioan. 5. *Dedit illi iudicium facere, quia filius hominis est, vt fuse tractat Aug. lerm. vlt. de verbis Domini.*

270. Vigesimo tertio, repraesentamus eum morte sua promeritum gratiam Angelis, iuxta probabiliorem & piam sententiam quorundam Theologorum cum S. Thoma lect. 10. in c. 1. Ioan. Albert. Caiet. Ruard. Viquer. Valent. Suarez, Tancij Opusc. Tom. 2.

ner in 3. p. disp. 1. q. 6. dub. 5. num. 176. & 178. & alios quos citat contra Vafquezum. Est enim caput Angelorum teste Scriptura, quamuis non sit eorum Redemptor, quia nec in se, vt homines peccarunt, nec in sua radice mortem aut mortis debitum vt B. Virgo contraxerunt, & nunquam peccarunt; quicquid deliret Origenes, (ob id etiam damnatus) asserens eos peccare in custodia hominum negligenti; & per Christum à peccati morte fuisse redemptos.

Christus, inquit S. Bernardus, in principio, erat Verbum sapientia erat, erat iustitia. erat sanctificatio & redemptio sed Angelis: vt esset & hominibus; fecit eum haec omnia Pater. & fecit quod Pater, quod erat Angelis factus est & nobis. At Angelis, inquit, quomodo redemptio fuerit, non video. Nec enim auctoritas Scripturarum vsquam assentire videtur, eos aliquando aut peccato extitisse captiuos, aut morti obnoxios, vt necessariam haberent redemptionem, quo pacto tu dicis Dominum Iesum Christum eis fuisse redemptionem: Audi breuiter. Qui erexit hominem lapsum, dedit Sancti Angelo ne laboretur. Sic illum de captiuitate eruens, sicut hunc à captiuitate defendens. Et hac ratione fuit vtrique redemptio, soluens illum, & seruans istum. Liqueet ergo sanctis Angelis Dominum Christum fuisse redemptionem, sicut iustitiam, sicut sapientiam, sicut sanctificationem. Et nihilominus tamen haec ipsa quatuor esse facta propter homines. Sic ergo omne quod erat Angelis, factus est nobis. Sapientia in predicatione, redemptio in passione.

Vigesimo quarto, repraesentamus morte sua promeritum resurrectionem nostrorum corporum, quam etiam ipse nobis promeruit, non tantum beatitudinem animae Tann. t. 3. disp. 2. q. 4. n. 57. patet ex 1. Gor. 15. 2. Quoniam per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo, omnes viuificabuntur. Quod etiam Suarez disp. 50. l. 4. affirmat de resurrectione damnatorum, cum Cyrillo lib. 4. in Ioan. c. 51. Quate bene S. Augustinus l. 4. de Trinit. c. 3. dicit: *Vna mors nostri saluatoris (scilicet corporalis) duabus mortibus nostris (id est, animae & corporis) saluti fuit, vt explicat S. Thomas 3. p. q. 50. a. 1. Sed contra.*

Vigesimo quinto, repraesentamus Christum morte sua promeritum seruis suis varias gratias gratis datas, quibus in hac vita vtantur in beneficium aliorum, quas enumerat Apostolus.

Vigesimo sexto, immò meritis Christi debetur, quod nati simus eo tempore quo prauidit, nos mortis pro nobis toleratae fructus participaturos. *Nec dum quos sic diligeret essent, si non dilexisset qui nondum essent, inquit S. Bernard. l. 20. Cant.*

Cum ergo haec sacrificij incruenti repraesentatio his modis explicata, tam eximiarum rerum, & tot beneficiorum, & sanctis hominibus, & peccatoribus, & Angelis, & Christi Humanitati, & nobis miseris ac indignis praestitorum, & toties in nobis iteratorum, sit repraesentatio



realis: etiam si ea in solis vestibus & gestibus corporis ac verbis sita esset, uti fit in comœdiis & Tragediis ac spilis, maximam sanè à nobis exigeret reuerentiam, deuotionem ac feruorè. Nam si quando reminiscimur alicuius summi nostri amici & benefactoris mortui, vel absentis, si is præter beneficia eximia nobis præstita, amore exuiscerato nos persecutus est, nobis sæpè perspecto, præterea si is fuit vir valdè sanctus & Deo carissimus; non possumus sine magnâ teneritudine cordis, & quodam pietatis sensu etiam in corpus redundante, eius recordari; multò magis id sentire debemus, dum sacrificium hoc offerimus in memoriam Christi, ut ipse à nobis offerri voluit. *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 24. 25. qui nobis plura beneficia contulit, quàm vnquam vllus mortalium contulerit, aut omnes homines in vnum solum conferre possint.

Deinde cum hæc representatio non qualiumcunque beneficiorum Christi, sit representatio, sed fontis eorum, scilicet Christi passionis, iuxta illud Apostoli 1. Cor. 11. 26. *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat;* tantò maiori reuerentiâ, deuotione, feruore, ac omnimodo sensu pietatis est perficienda à nobis hæc caelestis comœdia, ab ipsis etiam Angelis summo cum honore assistentibus aspectari solita. Si quis enim imperatoris filij in bello antiquo funesto mortem obitam representaret, spectante ipso imperatore, quàm decorè, quàm patheticè, quàm reuerenter se gereret in eâ. Cum ergo sciamus adesse Deum ipsum, immò ipsum Filium Dei post suam resurrectionem, huic suæ representationi, & vnâ nobiscum in suâ persona presentem in altaris theatro (et si inuisibiliter sub speciebus panis & vini, quasi sub velaminibus quibusdam, & veluti personatum:) spectante quoque curia caelesti; quomoddò audebimus committere aliquid, non dico grauem, sed minimum in verbo & gestu, & incessu, & totius corporis situ ac motu lapsum indecorum; credentes eâ fide quâ credimus, Deum esse Trinum & vnum, spectare nos & nostra omnia interna & externa, dum sumus ad sacrum altare? Ponderemus hæc amore Dei, & nostri quoque; & quod non faceremus spectante Imperatore & curia eius, non committamus spectante Rege Regum & Domino Dominantium, Imperatore cæli & terræ, Iudice iustissimo, qui omnes nostros defectus in hoc sacrificio ad eius cultum & gloriam instituto seuerè iudicabit ac exprobrabit nobis: non debuisse id à nobis ad se honorandum suscipi, quod susceptum, peccatis nostris adiunctis, vertimus potiùs in despectum & vilipensionem illius. Non est paruus defectus quiuis, qui tempore sacrificij committitur, uti suo loco ostendam vberius. Nunc vnum commemorabo exemplum, quod refert Cælius l. 9.

mirac. c. 30. de Monacho Cisterciensi, qui dum Missam celebrabat deuotè, eleuabatur à terrâ, sed cum festinanter & sine deuotione celebraret, vel à strepitu eam audientium impeditetur, non eleuabatur. Si sibi carum (tales enim factores Deus, nec solet, nec vnquam legitur præstitisse nisi sibi valdè & singulariter caris) hæc subtractione soliti fauoris valdè rari, & valdè miraculosi, puniebat Deus, ob solam festinationem in Missa, quantò maiore pœna afficeret, nos non ita sibi caros, ob grauiores, etsi veniales defectus? Cauemus ergo ne eos admittamus, & oculos Diuinarum personarum ac Christi Humanitatis, & sanctorum Angelorum sacro altari assistentium, & cuncta nostra considerantium, offendamus.

## CAPVT SEPTIMUM.

## Septimum Incitamentum

**E**st, Finis ob quem à Deo est institutum sacrificium Missæ. Sunt autem tres fines præcipui, declarati à Concilio Tridentino contra hæreticos sess. 22. Can. 3. *Si quis dixerit Missæ sacrificium, tantum esse laudis & gratiarum aduentis, (ut heretici de sua cenâ dicunt) aut nûdam commemorationem sacrificij in cruce peracti; non autem propitiatorium, vel soli pro odesse fumentis: neque pro viuis & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactoribus, & aliis necessitatibus offerri debere, anathema sit.*

Offertur ergo Primò in gratiarum actionem Deo, pro beneficiis acceptis: deoquæ Gracè vocatur Eucharisticum. Offertur & in laudem & cultum Dei, ex gratitudine & nostri subiectione manantem: gratias agendo Deo, eumque laudando & colendo pro beneficiis acceptis, tanquam à nostro supremo Domino. Ecclesia, inquit S. Augustinus l. 1. cont. aduers. leg. & Prophet. c. 20. *per successiones Apostolorum immolat in Corpore Christi sacrificium laudis.* Hoc autem fit, illud offerendo Deo, tum pro viuis, tum pro caelitis.

Nam primò pro beneficiis in eos collatis, sacrificia offerimus Deo. Secundò, ut in iis, commemorando sanctos, eos honoremus. Tertiò, ut inuocemus eos, quò orent pro nobis, nosque iuuent vi meritorum Christi.

De primò, scribit S. Augustinus libr. 8. ciu. c. 27. reddens causam, cur apud memorias sanctorum, dicantur sacra. *Vt, inquit, eâ celebritate & Deo vero, de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum, eodem inuocato in auxilium, ex eorum memoria renouatione adhortemur.*

De secundò, scribit S. Chryostomus h. 21. in Acta: *Licet martyres sint, etiam pro martyribus magnus honor, nominari Domino presente, dum mors illa perscitur, & horrendum sacrificium & ineffabilia sacramenta. Hinc in Missa dicimus: Suscipe Sancte Trini-*



Trinitas hanc oblationem, quem tibi offerimus, ob memoriam Passionis & Resurrectionis & Ascensionis Iesu Christi Domini nostri, & in honore B. Mariae semper Virginis, & B. Iohannis Baptista & SS. Apostolorum Petri & Pauli & istorum & omnium sanctorum: ut illa proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem, & illi pro nobis intercedere dignentur in caelis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen. Hinc fit, & ratione retoblatae sanctos de nullâ re creatâ post Deum, magis letari, quàm de sacrificio Missae: praesertim Beatissimam Virginem Mariam, quae videt in Corpore Filij sui in Missa oblatore, carnem suam, quippe ex eius sanguine Corpus illud virtute Spiritus S. conflatum: ut semel ipsamet ostendit S. P. N. Ignatio, ostendens illi in Eucharistiâ esse suam carnem.

De tertio, causam dat S. Augustinus tr. 84. in Ioan. Ideo ad ipsam mensam, non sic eos (martyres) commemoramus, quem admodum alios, qui in pace requiescunt, ut etiam pro eis oremus, sed magis ut orent ipsi pro nobis. Et S. Cyrillus catech. mystagog. 5. Cum hoc sacrificium offerimus, postea facimus mentionem etiam eorum, qui ante nos obdormierunt: primum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, ut Deus orationibus illorum & deprecationibus suscipiat preces nostras. Hinc in Missa post commemorationem sanctorum, dicimus: *Et ipsi pro nobis intercedere dignentur in caelis, quorum memoriam agimus in terris.*

Secundus sacrificij Missa. Finis est, ut illud offerendo, satisfaciamus Deo pro peccatis nostris. In nostro sacrificio, inquit S. Ambrosius l. 1. Offic. c. 48. Christus ipse se offert quasi homo, quasi recipiens passionem, velut Sacerdos noster, ut nostra peccata dimittat. Sacerdos autem Missam offerens, Christum offert in satisfactionem pro peccatis mundi. Sacerdos, inquit B. Laurentius Iulianus ser. de creta Domini. Mediatoris gerit officium, propterea delinquentium omnium debet esse precator. Hoc est, fuitque semper Officium proprium sacerdotum. Omnis Pontifex, ait Apostolus Hebr. 5. 1. ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in is que sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Ideo & Christus Dominus instituens & offerens primum hoc sacrificium dixit: *Hic est sanguis, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.* Merito ergo Concilium Tridentinum sess. 21. c. 2. ait: *Sacrificium istud, verè propitiatorium est, per ipsum, fieri, ut si cum vero corde & rectâ fide, cum metu & reuerentiâ, contriti ac penitentes, ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam & donum penitentiae concedens, crimina & peccata etiam ingentia, dimittit. Ut ergo etiam ex opere operantis hoc assequantur omnes, Sacerdotum est, feruentissimè & deuotissimè orare, & sacrificia offerre. Sacerdos enim, ut ait S. Chrysostomus l. 6. de sacerdotio, pro vniuerso orbe terrarum Legatus inter-

cedit, deprecatorq; est apud Deum, ut hominum omnium non viuentium modo, sed etiam defunctorum peccatis propitius fiat. Hoc autem potissimum sacrificio Missa obtineatur. Non temerè hæc ab Apostolis sancta fuerunt, inquit idem S. Chrysostomus h. 69. ad pop. ut in tremendis mysterijs, defunctorum, agatur commemoratio: Sciant enim illis inde multum contingere lucrum, multam vtilitatem. Sic & S. Cyrillus Hierosolymitanus catech. myst. 5. Cum hoc sacrificium offerimus, pro defunctis sanctis Patribus & Episcopis, deinde pro omnibus oramus, qui inter nos vitâ sancti sunt, maximum esse credentes animarum inuamen, pro quibus offertur obsecratio sancti illius & tremendi, quod in Altari positum est sacrificij. Et S. Augustinus ser. 32. de verbis Apostoli. Hoc à Patribus traditum vniuersa obseruat Ecclesia, ut pro eis qui in Corporis & sanguinis Christi communione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Cum autem tam multi iusti moriantur, & viuentes tam multa crimina committant, Deus bone, quantus feruor & deuotio est necessaria, ut hoc sancto sacrificio aboleantur tam multa & tam grauius peccata, & ut ab iis liberentur mali, & à nouis praerentur & boni & mali praerentur, cum difficilè liberentur ex purgatorio animæ iustorum, & pro tot millionibus placandus sit Deus.

Apparuit quidam è Societate nostrâ P. Iulio Mancinello, quod sic descripsit propria manu ipsemet lib. 1. pag. 216. suorum luminum: *Importunabat, inquit, eum (sacrum dicentem) ut pro se oraret, immò conquirebatur, quod raro hoc faceret in speciali. Et verum erat: quoniam existimabat propter probitatem vitæ eius, statim euolasse in calum. Obierat enim Pater ille ante 5. vel 6. annos. Ex quo intellexit, non ita facile animas nostras, transferri in calum, sed exactâ purgatione indigere: praesertim cum ferè certò crederet, Patrem illum, nunquam incidisse in peccatum mortale, post ingressum in Religionem, & antea rarissimè & casualiter, quoniam ferè semper sibi erat confessus. Sed in Religione habuit aliquos defectus: putâ, turbationis, feueritatis, & renacitatis proprii iudicij, & inanis glorie in hoc, ut haberetur Operarius alicuius existimationis & pretij, cum tristitiâ & pusillanimitate sustinens huius rei contrariam opinionem.* Hæc P. Mancinellus.

Ponderate nunc, quàm multa sacrificia & coronæ fuerint dictæ pro illo, & ab ipsemet viuentem pro se, tamen per 5. vel 6. annos liberari non potuit: Sed terribiliss est illud, quod refert P. Raderus ex Græcis Opusculo de Stylitis c. 4. n. 11. pag. 197. & seqq.

Tertius Finis huius sacrificij est, impetratio variarum rerum quibus indigemus pro nobis & pro aliis, tam viuis quàm defunctis. Sacerdos enim, inquit S. Chrysostomus h. 6. in 1. Tim. 2. quasi communis quidam pater est. Dignum igitur est, ut omnium curam agat, omnibusq; provideat, sicut & Deus, cuius fungitur vice. Et h. 5. in c. 6. Ilaic: *Medius stat Sacer-*



dos inter Deum & naturam humanam illinc venientia beneficia ad nos deferens, & nostras petitiones illuc perferens. Hinc dicitur Sap. 18. 24. In veste poderis (scilicet talari summi sacerdotis) quam habebat, totus erat orbis terrarum: (scilicet adumbratus.) Quod quomodo fuerit, explicant Philo l. 3. de vita Moysis, & Iosephus l. 3. antiq. c. 3. vel 11. & S. Hieronymus ep. 128. ad Fabiolam fusissimè, ubi addit ante finem: Inustum, inquit, erat, ut Pontifex Dei, creaturarum omnium typum, portam in vestibus suis, indicaret, cuncta indigere misericordia Dei: & cum sacrificaret ei, expiaretur vniuersalis conditio: ut non pro liberis ac parentibus & propinquis, sed pro cuncta creaturâ, & voce & habitu precaretur. Quod si id incumbere veteris legis sacerdotibus, multo magis in nouâ lege, in quâ & maior debet esse charitas, & sacrificium est efficacius.

Sed cum sint infinitæ penè necessitates omnium & personales & communes, (infra commemorandæ num. 208.) & innumera obstacula peccatorum impediunt, ne exaudiamur à Deo, magno conatu opus est, ea ut perumpamus, & nos aliosque iuuenimus, etiam ex nostrâ parte, & ex opere operantis per hoc sacrificium, etiam pro hac re institutum à Christo. Postquam confessum est illud spirituale sacrificium, inquit S. Chryostomus h. 18. & 22. in Acta: & ille cultus inuentus, super ipsa propitiationis hostiâ, obsecramus Deum, pro communi Ecclesiarum pace, pro tranquillitate militum, pro Regibus, pro militibus, pro sociis, pro egrotis, & in summa, pro omnibus qui egent auxilio. Vbi etiam ait offerri sacrificium pro fructibus terræ. Et S. Augustinus lib. 22. de ciuit. c. 8. ait, oblatum sacrificium Eucharistiæ ad purgandam domum à demonum vexatione. Et S. Gregorius hom. 37. in Euang. & Beda l. 4. hist. Angl. c. 22. scribunt, dum sacrificium Missæ offerretur pro quodam captiuo in aliâ regione posito, & ignorante quid pro se fieret, eius vincula diuinitus solui solita, ipsa hora sacrificij. Diuersi erant hi de quibus sancti scripserunt, & diuersis temporibus ac locis id contigit.

279.

Potè, etsi nil aliud à Sacerdote exigeret magnam vitæ integritatem, solum munus exorandi Deum pro aliis, id exposcit. Sacerdotes, inquit S. Ambrosius in e. 3. Timoth. die ac nocte pro plebe sibi commissa oportet orare: mundiores ergo esse debent ceteris, quia Actores Dei sunt. Quod si priuata preces talem puritatem exigunt, multo magis publicæ, præsertim quæ Deo offeruntur in ipso sacrificio Missæ pro viuis & defunctis, qui eò magis quam aliis precibus iuantur.

Ideo benè exprobrat S. Chryostomus h. 6. in 2. Timoth. Manus non sint impleri immunditiâ, sed eas primùm abluens ita demum offers, & certè cum ille sordes crimine careant, solâ immunditiâ animi culpa est. Non itaque inspiciamus quàm mundis manibus hostias precèsq; offeramus, sed id potius curemus, ut quæ offerimus munda sint, semper aliquin ridiculam rem

facimus. Si ridicula res est, certè non iuuabit alios, ita, ut iuuare possit, si etiam ex opere operantis sacerdotis, sacrificium illud cum debito statu sacerdotis probi & mundi Domino Deo offerretur. Ideo idem S. Chryostomus l. 6. de Sacerd. scripsit: Eum, qui pro vniuerso orbe terrarum, qui pro ciuitate totâ, quid dico ciuitate: immò verò pro vniuerso orbe terrarum Legatus intercedit, deprecatorq; est apud Deum, ut hominum omnium, non modò viuentium, sed etiam mortuorum peccatis propitius fiat, qualem quæso esse oportet? Equidem neque Moysi neque Eliæ fiduciam, fore vniquam satis putauerim ad supplicationem huiusmodi, peragendam: quandoquidem quasi mundus illi vniuersus contreditus, atque ad eò omnium sit Pater, sic ad Deum ipse accedit deprecans: quicquid vbiq; bellorum est, exinguit, turbas facit, atque in horum locum pacem ac felicitatem vniuersi succedere: denique celerem malorum vniuersi imminentium, quâ priuatim, quâ publicè defunctionem postulans. Porro illum ipsum oportet, tantò omnibus in rebus iis præstare, pro quibus intercedit, quanto par est, ut subditos Præfectus excellat. Mirum est à S. Chryostomo maius quid exigi in sacerdotibus nostris, quàm fuerit in Moysè & Eliâ ad eò caris Deo, & tam potentibus in impetrandis beneficiis diuinis. Vnde mirum non est, eum diu restitisse Basilio cuidam Episcopo (non illi Magno, Cæsareæ Cappadocia Archiepiscopo, sed alteri iuniori, ut ostendit Baronius Anno Christi 382.) à quo vrgebatur ut sacris initiaretur. Hinc l. 6. de sacerdotio sic eum alloquitur: Nec dum horrescis, quod ad tale ministerium me nitentibus inducere indurumq; sordidum vestibus, sacerdotum inferre dignitatis, cum talem Christus à conuientium congregatione separauerit? splendore etiam vita totum illuminantis orbem fulgere debet animus Sacerdotis. Alioqui si malus fuerit, quid impetrabit? si fuerit tepidus, etsi non malus, parum obtinebit. Talem esse oportet Domini Sacerdotem, inquit S. Augustinus serm. 2. in Plal. 36. Ut quod populus per se apud Dominum non valet, ipse pro populo mereatur, quod populus impetrare; quia scriptum est: Si peccauerit populus, orabit pro eo Sacerdos: si autem Sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Deinde, ut ait S. Gregorius l. 1. Registr. ep. 24. Quâ fiduciâ pro peccatis alienis ad Deum intercessor veniet, apud quem de propriis securus non est? Hinc etiam Ethnici magnam vitæ probitatem & puritatem exigebant à sacerdotibus suis, ut in eâ exigendâ excellerent, quædam asserendo veritati Catholica non conformia. Ita Porphyrius l. 2. de abstinent. Viro bono prodesse ait, cum Deo semper colloqui, precibus, votis donariis, sacrificiis, & omni cultu: viro autem improbo frustra adhiberi multam circa Deum diligentiam. Vir enim bonus nouit quid sit aut non sit sacrificandum: & à quibus primitiæ sint persolueda. Improbus verò, è proprio sensu & animi arbitrio Deos colens magis impiè agit quàm religiosè. Quocirca Plato non putat oportere Philosophum improborum ritibus interesse, quia neque id Diis gratum neque hominibus utile.

280.



pile. Potest hoc dictum de Ethnicorum sacrificiis intelligi, sed de sacrificio Eucharistiae nequaquam, quia etiam improbi Sacerdotis sacrificio iniretelle, Deo placet, & hominibus vtile est, quia Ecclesiae nomine Deo acceptae sacrificat.

Quorundam verò Ethnicorum tanta erat, et si fallax, persuasio de puritate & probitate sacerdotum suorum, vt non putauerint illos esse improbos.

Hinc Hierocles explicando versus primū Pythagorae scripsit: Mens ex diuino spiritu ducta, & sufficienter firmata, adiungitur Deo. Simile enim ad eius similitudinem accedere necesse est. Quamobrem solus Sacerdos sapiens appellatur. Solus enim est Dei amator. Solus Deo preces effundere nouit. Solus Deum honorare scit, qui dignitatem non confundit, quique in primis hostiam seipsum producens, propriam animam, quasi quoddam simulacrum edificat. Templum quoque constructum, cum eius mentem & intellectum ita parat, vt diuinam lucem facile recipere possit. Nam quid ex rebus materialibus quae in medio sunt, asserere poteris, quod acceptum aut Deo proprium simulacrum, aut donum gratum esse queat, quod rationali & puro animo accipere necesse est? vt scilicet sit, donum Deo gratū. Vt enim ipsi idem viri dicunt, non nisi mandatis animi, locum aptum & proprium in terris Deus non habet. Cui sententia Pythius Apollo concordat, dicens: Pius hominibus gaudeo tantum, quantum celo.

Non mirum est sacrificium Eucharistiae ad hos fines institutum esse; siquidem & antiquae, quae erant figura huius, etsi modo longè diuerso & imperfecto, ad hos quodque fines à Deo instituta erant, vt patet ex scripturā in libro Leuitici à cap. 1. ad 8. Vide Riberam libr. 4. de templo cap. 1. & seqq. & S. Thomam 1. 2. q. 102. & Cornelium, in Leuiticum, & Lotinum ac Boreferiam.

Natus, vt ait S. Thomas 2. q. 102. a. 3. ad 8. in veteri lege, Triplex erat sacrificiorum genus: quoddam erat, quod totum comburebatur: & hoc dicebatur Holocaustum, quasi totum incensum: huiusmodi enim sacrificium offerebatur Deo specialiter ad reuerentiam maiestatis ipsius, & amorem bonitatis eius, & conueniebat perfectionis status in impletionem consiliorum, & ideo totum comburetur (pelle tamen animalis relicta Sacerdoti Leuit. 7. 3.) vt sicut totum animal resolutum in vaporem, sursum ascendebat, ita etiam significaretur totum hominem, & omnia quae ipsius sunt, Dei dominio esse subiecta, & ei esse offerenda.

Aliud autem erat sacrificium pro peccato, quod offerebatur Deo ex necessitate remissionis peccati, & conueniebat status penitentium in satisfactionem peccatorum: quod dividebatur in duas partes. Nam vna pars eius comburebatur: altera verò cedebat in usum sacerdotum, ad significandum quoddam expiatio peccatorum, fit à Deo per ministerium Sacerdotum: nisi quando offerebatur sacrificium pro peccato populi, vel specialiter pro peccato sacerdotis, tunc enim totum comburebatur:

non enim debebant, in usum sacerdotum venire ea, quae pro peccato eorum offerebantur, vt nihil peccati in eis remaneret: & quia hoc non esset satisfactio pro peccato: Si enim cederet in usum eorum, pro quorum peccatis offerebatur, idem esse videretur, ac si non offerretur.

Tertium verò sacrificium vocabatur Hostia pacifica, quae offerebatur Deo, vel pro gratiarum actione, vel pro salute, & prosperitate offerentium ex debito beneficij vel accepti, vel accipiendi. Et conuenit status proficientium, in impletionem mandatorum. Et ista dividebantur in tres partes: Nam vna pars incendebatur ad honorem Deitatis, pars cedebat in usum sacerdotum: tertia verò pars in usum offerentium, ad significandum, quoddam salus hominis procedit à Deo, dirigentibus ministris Dei & cooperantibus ipsis hominibus qui saluantur.

## CAPVT OCTAVVM.

## Octauum Incitamentum est

Valor huius sacrificij admirandus, & efficaciacia, quae ex eo oritur, ad fructus ingentes per illud deriuandos.

Duo sunt in Missa: Primò, sacrificij essentia. Secundò, est communio sacerdotis, requisita tanquam pars integrans ad complementum sacrificij. Vtrumque exigit magnam reuerentiam & deuotionem in sacerdote tum quia tractat rem tam praestanti valore & efficaciacia praeditam, tum vt magis per illam proficit sibi & aliis, tam viuus quam defunctis. Habet autem sacrificium hoc triplicem vim operandi. Primò, vnam independentem à probitate & deuotione sacerdotis, eamque duobus modis. Primò ex opere operato, vt docent communiter Doctores cum S. Thoma 3. p. q. 82. a. 1. & 6. & q. 79. a. 5. Cui veritati Suarez ait, se nullum Catholicum contradicentem inuenire, etsi id tribuat Scoto & Caietano Petrus de Soto, sed immeritò.

Hoc ita intelligendum est: Primò, non quod ex opere operato concurrat ad omnes effectus gratiae à Christi redemptione prouenientes, aut quod sit equale quoad efficaciam, sacrificio crucis, cum per illud non fiat redemptio humani generis, sed solum applicatio redemptionis peractae per sacrificium crucis. Nam, vt ait Concilium Tridentinum sess. 22. c. 2. Oblationis crucis fructus per hanc (scilicet incrementam) vberrimè percipiuntur. Secundò, non physice sacrificium hoc operatur, sed per modum causae moralis, & infallibilis impetrationis seu potius solutionis immediate ex dignitate & efficaciacia ac thesauro meritum & satisfactionum Christi, inquit Tanner disp. 5. q. 9. n. 83. vt bene ait Coninck. q. 83. a. 1. dub. 7. n. 110. huic operi externo annexo, & pacto inter Christum & Patrem inito, circa operationem nostrae salutis; ideoque eius effectus confertur à Deo ex iustitiâ, ratione

meriti



meriti de condigno Christi, qui suâ institutione & voluntate huic sacrificio annexuit, in certâ proportione merita sua ad certum effectum conferendum ei, pro quo offertur, cui infallibiliter conferatur, nisi ex se ponat obicem. Simili modo quo Sacramentum suscipienti disposito, confert suum effectum independentem, à deuotione ac dignitate Ministri conferentis, per baptismum vel absolutionem aut ordinationem. Et hoc est, operari ex opere operato.

286. Sanè sacrificia vetera independentem ab offerente, ex opere operato purgabant à legali immunditiâ (etsi non à peccatis) Heb. 9. 9. 10. seu 4. 20. 26. 31. & Leu. 5. 10. 16. 18. quibus locis promittitur dimissio peccati: quæ tamen sacrificia, ut ait Apostolus Heb. 9. 13. *inquinatos sanctificabant ad emundationem carnis, sed non poterant iuxta conscientiam perfectum facere seruientem.* vers. 9. Immodò ut ait Heb. 10. 4. 11. *Impossibile erat sanguine taurorum & hircorum auferre peccata.* At, ut idem ait Heb. 9. 14. *Sanguis Christi qui per Spiritum sanctum, semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis.* Et quia idem ille Sanguis est datus in Eucharistiâ, qui est effusus in cruce, Christo teste Matth. 26. 28. *Hic est Sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum;* idem etiam in hoc sacrificio in cruento auferit peccata, modo infra explicando.

287. Secundus modus, quo hoc sacrificium independentem à dignitate offerentis habet vim impetrandi varia à Deo, iis pro quibus offertur, oritur immediatè ex dignitate personæ Christi & gratiâ, quæ valet apud Deum Patrem, non autem immediatè (ut prior modus) nititur Christi meritis, & præscindit ab omni pacto: ideoque eius effectus confertur ex purâ liberalitate Christi, qui cum in hoc sacrificio sit principalis offerens, habet illud ex Christi institutione singularem vim varia impetrandi à Deo iis, pro quibus offertur, idque præter meritum & dignitatem Sacerdotis offerentis proximè: quia etsi is indignus sit exauditione, tamen Christus, cuius personam gerit, qui que per eum tanquam per legatum suum offert Deo hoc munus, est dignissimus, qui à Patre exaudiatur, sicut Rex carus Papæ, ob merita in Ecclesiam, exaudiatur à Papa, etsi petat aliquid per Legatum ex se indignum qui audiatur. Et ideo fortè Christus verbis suis in personâ suâ prolati perfici hoc sacrificium voluit, ut facilis ea impetremus quæ petimus, qui ob nostram indignitatem fuisset passus repullam.

Vnde sequitur, secundum hunc modum, quo sacrificium operatur suum effectum, inquit Connink loco cit. neque esse ex opere operato, neque etiam ex opere operantis: qui non habet suam vim ex dignitate aut deuotione Ministri offerentis, sed ex Christi dignitate. Quare etiam modus operandi quasi medius est, inter vtrum-

que: cum effectus ex opere operato nec augeatur, nec minuatur, ratione deuotionis aut dignitatis Ministri, immò nec impeditur eius malitiâ, tamen secundus hic potest auferri vel minui, inquit Connink nu. 121. sicut videmus fieri in rebus humanis. Nam quamuis legatus Regis benè de Ecclesiâ meriti, secundum se indignus sit, tamen ratione dignitatis ipsius Regis, qui per eum petit, faciliè multa à Pontifice obtinet: facilius tamen eadem atque maiora obtinebit, si ipse per se Põtifici gratus sit, & magnâ instantiâ petat ea, quæ cupit obtinere. Quod maximè locum habet, quando ea quæ petuntur, non tam cedunt in bonum ipsius Regis aut Regni, quam in commodum priuatum Legati aut amicorum ipsius, ut fit in iis quæ communiter petimus in Missa. Quod verum est, nisi sit Legatus iste excommunicatus, præsertim non toleratus ac degradatus, quos cum Ecclesiâ nolit in personâ suâ hoc sacrificium offerre, sicut per eos non orat, ita nec impetrat.

Et quidem effectus sacrificij vt proueniens 288. ex opere operato, si non ponat obicem is pro quo offertur, est infallibilis, & ideo est determinatus ad rem certam, verbi gratiâ, Remissionem alicuius peccati remissis adhuc debita, vel gratiâ alicuius proueniens impetranda. Quia non decet Diuinam prouidentiam, ea dona, quæ alicui operi externo infallibiliter sunt annexa, ita ponere in nostrâ potestate, ut nostri arbitrij sit eligere quæ dona velimus ei hic & nunc esse ita annexa, ut ea infallibiliter impetremus. At effectus huius secundi modi proueniens ex dignitate Christi offerentis in persona Sacerdotis, est omnino in determinatus, & potest esse quæuis res salutis nostræ conducens, quam conamur per hoc sacrificium à Deo impetrare; quamque solet secundum prouidentiam suâ ordinem, hominibus aliquando concedere, non est ita uti prior, infallibilis. Experimur enim sæpè nos non impetrare per hoc sacrificium quod petimus, eò quòd Deus iudicat hic & nunc, non conuenire dare quod petimus. Credibile tamen omnino est, nunquam frustrari nos hoc effectu, quia etsi non concedatur quod petitur, aliquid tamen aliud concedatur, prout Deus iudicat hic & nunc expedire. Hoc enim decet Christi dignitatem, ut non frustratur omnino eius petitio quam hic & nunc offert per sacerdotem.

Et hanc ob causam, hic modus præter priorè fuit necessarius, ne angustus esset huius sacrificij fructus.

289. Tertius modus, quo hoc sacrificium confert suos effectus est, ex opere operantis, id est, ex bonitate & deuotione offerentis proximè Sacerdotis. Non minùs quam alia bona opera vim habentia merendi, satisfaciendi & impetrandi, ut ex communi Theologorum sententiâ docetur in Catechismo Romano de Missa. Est enim



enim actus perfectissimus virtutis Religionis, ergo habet ista tria, sicut habent alia opera bona iusti ritè operantis. Et cum res oblata sit præstantissima, & Deo acceptissima, Deum excitat ad liberalitatem, si bono modo à persona ei non exosa offeratur, dum proprio nomine offertur. Quòd si spectetur prout à Christo offertur principaliter, non est hoc sacrificium meritòrium & satisfactorium, cum Christus sit extrastatum merendi & satisfaciendi, est tamen impetratorium ex opere operantis Christi, eo modo, quo alie eius preces extra sacrificium sunt impetratorie cum effectu, non semper infallibili, nisi cum eius oratio seu voluntas impetrandi absoluta est, ut fuse ait Suarez, disp. 79. sect. 2. & Tanner. l. c.

390. Qua in re notandum est, duo à Theologis indicari capita, ex quibus maior fructus acquiritur per sacrificia ex opere operantis: Primum, est bonitas seu conditio & dignitas operantis, ut ita dicam habitualis, quæ oritur ex habitibus gratiæ sanctificantis, & virtutum ei annexarum & præpositarum in sacrificante. Quò enim quis est sanctior, melior, eò plus meretur, cæteris paribus, plus satisficit, plus impetrat & facilius, ac proinde etiam per sacrificium & susceptionem in eo Sacramenti, ut est opus operantis seu offerentis illud, consequitur plures effectus illius. Quòd quidem de maiori merito eius qui est melior, cæteris paribus, docet S. Thomas 3. p. q. 1. a. 2. & in 2. d. 29. a. 4. & Victoria, Valentis, Suarez, & Tanner t. 1. disp. 6. q. 6. n. 120. tum quia etiam merita Christi non aliunde habuerunt infinitum valorem, quàm ex infinita dignitate personæ operantis, tum quia cæteris paribus donum subditi magis cari Domino, est magis acceptum, quàm minus cari.

Ideo danda est opera, ut simus valdè Deo chari, & semper magnis passibus crescamus in gratia apud illum, per frequentationem operum heroicorum, & fugam peccatorum, ita enim plus & nobis & aliis proderunt sacrificia nostra.

391. Secundum caput, ad hoc ipsum conducens, est, deuotio actualis & transtiens, cum qua offertur sacrificium, quò enim maior est illa, eò plus prodest sacrificium, vsque ad eò, ut S. Thomas disputans 3. p. q. 79. a. 5. An per hoc Sacramentum, tota pena peccati remittatur, respondeat, non remitti totam ab eo, ut Sacramentum & ut sacrificium est, sed secundum modum deuotionis & seruioris in eo qui hoc Sacramentum sumit. Quòd, inquit, est ex vi sua ut Sacramentum est, directe non fit institutum ad satisfaciendum, sed ad spiritualiter nutriendum per vniouem ad Christum, & ad membra eius, sicut & nutrimentum vnitur nutritio, tamen quia hæc vnitus fit per charitatem, ex cuius seruore aliquis consequitur, non solum remissionem culpæ, sed etiam penæ, inde est quòd ex consequenti per quandam concomitantiam ad principalem effectum, homo consequitur remissionem penæ,

non quidem totius, sed secundum modum sue deuotionis & seruioris. In quantum verò est sacrificium, habet vim satisfactiuam, & habet effectum sacrificij in eo qui offert, vel in his pro quibus offertur. Sed in satisfactione magis attenditur actus offerentis, quàm quantitas oblationis. Vnde & Dominus dicit Luc. 21. de vidua, quæ obrulit duo ara quòd plus omnibus misit. Quamuis ergo hæc oblatio ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni penâ, tamen fit satisfactoria illis pro quibus offertur, vel etiam offerentibus, secundum quantitatem sue deuotionis & non pro totâ penâ. Et ad tertium ait, quòd tollatur pars penæ & non tota penæ per Sacramentum, hoc non coningit ex defectu virtutis Christi, sed ex defectu deuotionis humana.

Et a. 7. ad 2. illis qui sunt membra Christi coniuncta huic Sacramento per fidem & charitatem, prodest plus vel minus secundum modum deuotionis eorum.

292. Quòd autem S. Thomas dixit de satisfactione, idem sentiendum est de impetratione & merito: quia sicut alia opera bona, à iusto facta, modis debitis & requisitis ad meritum, eò sunt magis meritòria & impetratoria, quò sunt feruentius facta, & habent alias conditiones augentes meritum; ita & hoc sacrificium ac Sacramentum, prout suscipitur feruentius plus impetrat, & magis meretur.

293. Quoniam verò ad augmentum meriti conducit operis boni continuatio (vt docent communiter Doctores citati à Suarior Opul. de reuivisc. merit. disput. 2. sect. 3. n. 42. Henric. de fine hominis c. 20. n. 8. Vasq. 1. 2. disp. 54. c. 3. & 3. p. disp. 220. c. 3. Valent. t. 4. q. 11. pun. 1. post Canum relect. de poenit. par. 5. Tanner 1. 2. disp. 6. q. 6. n. 112. Zumel. q. 114. a. 8. disp. 5. Navar. in Man. c. 6. n. 6. & in Capitul. Consideret. de poenit. dist. 5.) ideo idem in sacro longiusculè protracto ad semihoram, longitudo eius conducit ad maiores effectus, tum quia in peccato duratio auget malitiam & grauitatem peccati, ergo & in bono actu eius bonitatem & valorem, tum quia actus continuatus, quamuis secundum suam entitatè æqualem sit indiuisibilis, virtute tamen æquiualeat multis.

## CAPVT NONVM.

## Nonum Incitamentum

294. Ad excitandum in nobis quàm maximum reuerentiæ & deuotionis affectum, mouere etiam nos debet infinitas valoris sacrificij Missæ ei indita non ex opere operantis sacerdotis, sed ex opere operato: quòd et si aliqui negent, tamen alij Authores grauissimi id asserunt, & quidem vt ait idem sentiens Vasquez 1. 2. disp. 230. c. 2. plures, nec minoris auctoritatis, Scholastici, quàm illi: & addit hanc opinionem ferè omnibus recentioribus Theologis placere. Caictanus



ictantus to. 2. Opusc. tit. 3. q. 2. & 3. p. q. 79. a. 5. Syl-  
 uester in Summâ verbo Missa q. 9. Canon l. 21. de  
 locis c. 13. §. Decimum verò. Petrus Sotus l. de in-  
 stitutione sacerdotum lect. 7. de Euchar. §. *Primum non est*, & §. *Tertium sit*. Ricardus art. 16. §.  
*Certum est*. Viguerius in Institutionibus Theo-  
 logicis c. 16. §. 3. versiculo 15. quæstionis princi-  
 palis; Canone 3. §. *prima pars probatur*. Ant. Cor-  
 duba l. 1. Quæstionarij q. 3. opin. 5. concl. 3. Petrus  
 Navarra l. 2. de restit. c. 2. nu. 259. Heru. quo 10.  
 q. 3. Ruardus Taper art. 16. Gabr. lect. 26. in Ca-  
 non. & 27.

Ego malo hanc sententiam sequi, quia est ap-  
 prior ad commendandam Dei erga nos benefi-  
 centiam in hoc sacrificio, & quæ authorita-  
 te Concilij Tridentini benè explicati, & San-  
 ctorum Patrum nititur, ut paulò pòst osten-  
 dam.

295. Porò hanc infinitatem variè Doctores pro-  
 bant. Ego sic illam probo simpliciter, non in-  
 geniosè, quippe qui ante annos 45. Theologi-  
 cum cursum absolui, non habens iam species  
 Theologicas recentes in hac meâ ætate 74. an-  
 norum.

*Primo*, quia hoc sacrificium per Sacerdotes  
 oblatum post Christi mortem, est tanti valoris  
 ex parte rei oblatæ, quanti fuit, dum illud Chri-  
 stus per se in vltimâ cœnâ, offerret Deo Patri,  
 distribuens Corpus suum & sanguinem Disci-  
 pulis suis. Atqui illud Christi sacrificium fuit  
 valoris infiniti in omnium sententiâ; quia om-  
 nia opera Christi viventis fuerunt infiniti valo-  
 ris, ergo & hoc, quod per Sacerdotem offertur,  
 est infiniti valoris ex parte rei oblatæ. Maior  
 probatur testimonio SS. Patrum. S. Chryl. h. 83.  
 in Matth. *Hec est illa mensa* (scilicet quæ fuit in  
 vltima cœnâ) & *minus nihil habet*. Idem hom. 2.  
 in 2. Tim. *Sacra ipsa oblatio cuiusvis meriti Sacerdos  
 illum offerat, eadem est, quam dedit ipse Christus Disci-  
 pulis suis: nihil habet ista quàm illa minus: quia non  
 hanc sanctificant homines, sed ipse Christus qui illam  
 ante sacraverat*. Et hom. 2. in 2. Timoth. in mora-  
 li exposit. in fine sic ait: *Sacra ipsa oblatio, siue illam  
 Petrus, siue illam Paulus, siue cuiusvis meriti Sacerdos  
 offerat, eadem est, quam dedit Christus ipse Discipulis  
 suis, quamq; Sacerdotes modò consueverunt, nihil habet  
 minus ista quàm illa, quemadmodum enim verba que  
 locutus est Christus, eadem sunt, que nunc Sacerdotes  
 pronuntiant, ita oblatio eadem est*. Atqui si non esset  
 nostrum sacrificium ita infiniti valoris, sicut  
 erat in vltima Christi cœnâ minus haberet, nõ  
 aliquid leue, sed rem maximam, quia careret in-  
 finito valore, quem habuit Christi oblatio, quo  
 nil creatum maius esse potest infra Deum. Et S.  
 Ambrosius in c. 10. Hebr. *Vnum est hoc sacrificium  
 nostrum, cum eo quod Christus obtulit, nimirum vnũ  
 specie, nam numero nõ est vnum, ut benè præ-  
 bat Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 76. sect. 1. §. Ex his  
 quia hæc sacrificia a diversis temporibus, tam physicè  
 quàm moraliter distantibus, & circa diversis mase-*

*rias, & in diversis locis sunt. At vnum non esset, si  
 differret hoc, earentiâ infiniti valoris ab illo in  
 vltimâ cœnâ. Sed quod Christus obtulit in vlti-  
 ma cœnâ & in cruce erat infiniti valoris, ergo  
 & hoc nostrum: quod, si finiti esset valoris,  
 non esset vnum specie; quia rem vnã etiam  
 specie, repugnat esse finitam & infinitam, sicut,  
 quia Christus ratione Diuinitatis est infinitus,  
 ratione humanitatis finitus, nõ vnã, sed duas  
 habet naturas. Similiter aliò in loco S. Chryso-  
 stomus differens de vltimâ cœnâ Eucharisticâ  
 ante Christi mortem exhibita: *Nunc ille præsto est  
 Christus, qui illum ornauit mensam; ipse istam quoque  
 consecrat. Non enim homo est, qui proposita* (scilicet,  
 panem & vinum, posita in sacri altaris mensa)  
*Corpus Christi facit & Sanguinem, sed ille qui pro no-  
 bis crucifixus est Christus: Sacerdotis ore verba pro-  
 fferuntur, & Dei virtute consecrantur & gratiâ. Sicut  
 ergo Christus in vltima cœnâ consecrando, ob-  
 tulit sacrificium infiniti valoris, ita nunc quo-  
 que illud per Sacerdotem infiniti valoris offert;  
 quia cum illo & per illum vt principalis offe-  
 rens offert.**

*Secundo*, quia hoc sacrificium post Christi  
 mortem in Ecclesiâ offerri solitum, ex decisio-  
 ne Concilij Tridentini sect. 22. c. 2. *sola offerendâ  
 ratione diuersum est à sacrificio crucis*, scilicet quia  
 hoc fuit cruentum, nostrum autem est mysticũ,  
 & incruentum, repræsentatiuum Passionis eius  
 cruentæ. Sed sacrificium in cruce fuit infiniti va-  
 loris in omnium sententiâ, ergo & hoc aliquo  
 modo. Alioqui *non solâ offerendâ ratione*, sed etiã ef-  
 ficacia differret à sacrificio in cruce peracto,  
 quæ est præcipua res huius sacrificij, & quidem  
 maxima infra ipsum Christũ. Quod quidem nõ  
 ita intelligendum est, vt tam latè applicentur  
 fructus sacrificij Missæ, sicut cruenti sacrificij  
 Christi, quod cum fuerit vniuersale remedium,  
 profuit etiam omnibus iustis qui Christũ præ-  
 cesserunt, etiam Adamo ipsi ante eius peccatũ,  
 immò & Angelis, qui etsi redempti non sint, ta-  
 men ob Christi merita præuisa & in morte cõ-  
 summata, omnibus gratiæ & gloriæ donis cum-  
 mulati fuerunt, vt supra dictum est. Item sacrificij  
 cruenti fructus extendit se etiam ad non ba-  
 ptizatos, & ad existentes in peccato mortali, &  
 ad characteres trium Sacramentorum; quorum  
 nihil præstat sacrificium Missæ, quia tantũ  
 pro iuandis iis qui tunc existunt in hac vita &  
 in Purgatorio institutum est, tanquam particu-  
 lare remedium. Infinitas ergo eius efficacitæ ex-  
 tendit se tantũ ad illa, ad quæ institutum est  
 hoc est, vt pro futuro tempore, pro iis homini-  
 bus, qui post eius institutionem fuerunt & e-  
 runt in mundo, fructus eius extendatur, quia nõ  
 est ita vniuersalis causa humanæ redemptionis  
 & salutis, vt erat Christi mors, quam Deus vo-  
 luit prodesse etiam iis, qui Christi incarnatio-  
 nem præcesserunt, & sunt in statu peccati  
 mortalis agniti, à quo quæ abscedunt, meritis  
 Christi



Christi mortis, ab eo abstrahuntur, sed & hi per sacrificia pro ipsis oblata, alio modo iuuantur.

Quocirca sacrificium Missæ quoad efficaciam, velut in actu primo consideratam, est infiniti valoris, sed in actu secundo non extendit suam efficaciam tam amplè & latè, vti extendit Passio & mors Christi in cruce. Hæc enim etiã pro præteritis suscepta fuit, non sic Missa. Item Passio Christi ad plura, vt dictum est, applicatur, ex diuinâ ordinatione, vt dictum est; Missa verò ad pauciora, tamen ad infinitos effectus futurorum; ob quos instituta est, si mundus & homines in eo duraturi essent per infinita secula. Ideò autem sacrificium Missæ non tam latè se extendit cum suis fructibus, vt Christi Passio & sacrificium in cruce, quia illa instituta est à Deo, pro variis utilitatibus hominum futurorù post eius institutionem, sacrificium autem crucis pro omnibus omnino hominibus, præteritis, præsentibus & futuris, à Deo ordinatum fuit: quã obrem dicitur Apoc. 13. 8. *Agnus occisus ab origine mundi*: quia nimirum eius occisionis fructus collatus est & primo Adamo initio mundi, & reliquis postea. Hinc S. Ioannes Baptista multis annis ante Christi Domini mortem dixit Ioan. 1. *Ex plenitudine eius nos omnes accepimus*, sub conditione enim Christi mortis, Deus Pater Christo promiserat, se collaturum beneficia hominibus, per mortem eius vltimatè, vt ita dicam, promittenda. Vt ex locis Isaia 53. vers. 10. 11. 12. Hebr. 9. vers. 15. & cap. 10. vers. 14. Zach. 9. vers. 11. patet.

Tertio, nulla alia est causa, ob quam Christi singula opera quæ ante mortem, fecit, erant infiniti valoris & efficacie, nisi quia procedebant à personâ Christi habente infinitam dignitatem. Atqui hoc sacrificium Missæ etiam ab eadem personâ Christi & quidem principaliter, & quidem habente completa omnia merita per sacrificium cruentum, procedit & offertur vnâ cum Sacerdote, vt docet Conc. Trident. sess. 22. c. 2. & est de fide, vt supra ostendi; ergo etiam hoc sacrificium ob dignitatem infinitam personæ & humanitatis Christi, per vnionem hypostaticâ acquisitæ, est infiniti valoris non simpliciter, sed ratione rei oblatæ (in hoc enim sensu id assero.) Quod enim simul etiam offeratur à Sacerdote tanquam à Christi Ministro, hoc non impedit infinitum valorem sacrificij, què habet à Christi personâ offerente, quin potius quodammodo auget extrinsecè. Sicut enim ministerium Sacerdotis in Missa non minuit dignitatem infinitam Christi offerentis; ita nec valorem infinitum oblationis, qui Christi personæ infinitâ dignitate oritur. Et cum etiam Sacerdotis, vt Ministri Ecclesiæ & instrumenti Christi offerentis, accedat, dignitas Sacerdotalis, quam habet etiam quouis malus Sacerdos, ex potestate & charactere inseparabili sibi in Ordinatione

Lancij Opusc. Tom. 2.

collato, ob huius quoque respectum, crescit valor sacrificij aliquo modo.

Quarto, Vasquez id sic probat; quia Christus instituit hoc sacrificium eique valorem tribuit & communicat mortis suæ acquisitum, & applicat in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur peccatorum, vt ait Trid. sess. 22. c. 1. & 2. & quia hæc peccata quotidie ab hominibus committuntur, & impediunt fructum passionis Christi, optimè consuluit nobis Deus instituendo sacrificium Missæ, vt sæpius iteratum, sæpius per illud applicaretur nobis fructus sacrificij cruenti à Christo in cruce peracti.

Hinc tamen non sequitur, Christum nunc mereri, & satisfacere pro nobis; tum quia viator iam non est, quod requiritur ad meritum & satisfactionem: tum quia in cruce sufficienter tantam causam vniuersalis nos redemit, complèdo & consummando omnia merita & satisfactiones, quas iam vt causa particularis applicat, toties, quoties eius nomine hoc sacrificium iteratur, in beneficium nostrum, & ad hunc vel illum effectum determinatum per suum Ministrum, ex intentione Ministri vel Ecclesiæ determinatur. Nam, vt ait Concil. Trid. sess. 22. c. 1. Missæ sacrificium offertur, vt illius (scilicet cruenti) salutaris virtus in remissionem eorum quæ à nobis quotidie committuntur peccatorum applicaretur. Et c. 2. *fructus oblationis cruenta, per hanc vberimè percipiuntur.*

Nec obstat, quòd Christus per se, etsi sit principalis offerens, non offerat hoc sacrificium immediatè: Primò, quia aliqui graues Theologi dicunt eum immediatè offerre, citati à Vasquez. Secundo, quia satis est, quòd Christus principaliter offerat: quia propria virtute perficit huius oblationis essentiam, quæ in tota consecratione, & ea quæ per illam fit transubstantiatione consistit, saltem primariò. Atqui hoc Christus ipse per Sacerdotis ore prolata verba, tanquam per suum instrumentum, propria virtute immediatè perficit, ergo Christus, tanquam causa principalis hoc sacrificium per Sacerdotem immediatè offert. Vnde meritò S. Chryost. h. 83. in Matth. col. 6. *Non sunt humana virtutis* (proinde non sacerdotis) hæc opera; quæ tunc in illa cæna cõfecit, ipse nunc quoque operatur, ipse perficit. Proinde, sicut tunc se immediatè ipse consecrabat, etiam nunc per Sacerdotem. *Ministrorum nos ordinem tenemus, qui verò hæc sanctificat & transmutat, ipse est: hæc nullâ re minor quàm illa est.* Atqui, si nunc Christus non immediatè consecraret, hæc mēsa minor esset quàm in vltimâ ante mortē cæna. Et subdit causam, cur non sit minor, quæ probat nostram sententiam: *Non enim illâ Christus, hanc homo quispiam facit, sed vtramque ipse.* Et hanc ob causam, vt ait Concilium Tridentinũ, *Christus est Sacerdos secundum ordinem Melchisedech: vt vocatur Pal. 109. 4. Hebr. 5. 6. & c. 7. 17.*

Y

nimi.



nimirum, quia perpetuo cum sacerdotibus offert panem & vinum, ut offerebat Melchisedech Gen. 14. 18. et si modo longe perfectiore. Proinde bene Suarez to. 3. in 3. p. disp. 77. c. 1. in fine, postquam probasset Christum Dominum esse principalem offerentem in hoc sacrificio, non tantum per accidens & remote ratione institutionis huius sacrificij, nec tantum ratione meriti & satisfactionis, in qua eius virtus & efficacia fundatur, non tantum quia per Humanitatem suam physicè concurrat ad transubstantiationem: per quam hoc sacrificium conficitur, sed quia etiam in eo concursu quo concurrat cum sacerdotibus ad huius sacrificij actionem, gerit se ut supremus Dei cultor & intercessor pro hominibus: quia totam illam suam actionem ordinat in cultum Dei, eamq; Patri representat in memoriam sua passionis, ut hominibus propitiis sit: hoc enim melius & perfectius est, magisq; conducat ad dignitatem, & valorem huius sacrificij. Sicut multum secundum moralem existimationem adderetur, si Rex per se ipsum, ut posset, concurreret non per solum Legatum. Sic igitur in presenti, ad exactam perfectionem huius sacrificij, & ut omnino aequale sit ex parte offerentis sacrificio crucis & cœna, oportet, ut Christus per se ipsum aliquo modo offerat, & non tantum per Legatum (sacerdotem) representantem. Et hoc modo, melius saluatur, quod nunc exercet minus sacerdotis summi & aeterni: nam ad offerendum, tantum per alium representantem, fuisse satis aliquando exercuisse munus sacerdotis. Nam potest aliquis representare eum qui fuit, & in persona eius offerre. At qui si solus Sacerdos immediatè offerret, solus homo eam perficeret, non Christus. Itaque & Christus & Sacerdos immediatè offert hoc sacrificium, Christus ut causa principalis, Sacerdos ut Minister & instrumentum Christi, & tanquam causa minus principalis. Idè bene ait B. Laurentius Iustinianus: Minister Sacramenti huius homo est, institutor verdè & author Verbum: Sacerdos enim, cui commissum est officium ministrandi, fors operatur. Nihil tamen valeret quod exterius agitur, nisi Verbum interius operetur. Illud siquidem Verbum de exigua panis & vini materia, Corporis & Sanguinis sui efficit Sacramentum, quod de nihilo condidit uniuersum. Sic siquidem noua Legis Ministris contulit, ut hoc mirabile conficiant Sacramentum, sicut Prophetis veteribus præstitit, ut supra naturam operarentur multa. Præter naturam quippe fuit, ut ad sonum percutientis virga vna in minorum altitudinem solidata se protenderet ut petra virga percussa aquas, quas prius non habebat, affluensissimæ profunderet, & ea quæ alij fecere Propheta ipse Deus per suos Ministròs peregit, qui etiam per seipsum hoc instituit Sacramentum. Sicut ergo in miraculis Prophetarum Deus principalis eorum est author, & immediatus, per homines ut instrumenta ea operans, sic etiam in Eucharistia non Sacerdos, sed Christus est principalis operans & immediatus, modo supra commemorato.

Secundò, quia nisi haberet Missa pro futuris & presentibus hominibus à Christo redèptis

tantum valorem; quantum habet eius passio pro iisdem, falsum esset quod ait S. Cyprian. l. 2. ep. 8. ad Cæciliam, quæ nunc est ordine 63. Passio Domini, est sacrificium ipsum quod offerimus. Et quod dicit S. Gregorius Papa hom. 37. in Euag. Christus qui in se resurgens iam non moritur, adhuc per sacram hostiam in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam quoties ei hostiam suam passionis offerimus, toties nobis ad absolutionem nostram, passionem illius reparamus. Hinc Ecclesia in quadam oratione Missæ dicit: Quoties huius hostie commemoratio celebratur, toties opus nostra salutis exercetur.

Tertio, quia et si Christus ipse non offerret, sed solus Sacerdos eius vice & nomine, adhuc satis esset ad agnoscendum valorem infinitum in hoc sacrificio ex opere operato. Sicut si filius Patri carissimus, per Legatum suum Patri offerret aliquid munus, æquè carum ac ipse filius eius esset, oblatio illa haberet apud Patrem tantum valorem, quantum haberet ipse filius. Confirmatur hoc euidenti instantiâ. Si Christus viuentis per aliquem de suis Apostolis mitteret eleemosynam pauperi, largitio Christi, per Apostolum executioni mandata esset infiniti valoris, ob infinitam dignitatem personæ largientis. Et sicut legatio Christi imposita duobus Discipulis pro adducenda ad se alimâ Matth. 21. 2. Et iterum missio Christi Discipulorum ad ciuitatem, ut locum inuenirent pro faciendo Pascha Matth. 26. 18. fuit infiniti valoris, et si per Discipulos executioni mandata, non per ipsum Christum immediatè: ergo simili modo, et si Christus per se immediatè non offerret nunc sacrificium Missæ, sed per sacerdotem tanquam suum Ministrum, et si infiniti valoris ex opere operato, ob dignitatem Christi offerentis tanquam causæ principalis huius oblationis. Nam in hoc sacrificio, ut ait Concil. Trident. sess. 22. cap. 2. & SS. Patres. Iren. libr. 4. cap. 32. 34. Per Iesum Christum offert Ecclesia & incruentè immolat: idque facit per ipsum Christum: quia, ut ait Concilium Lateranense in c. Firmiter. de San. Trin. & fide Cathol. Christus in hoc mysterio est simul Sacerdos & sacrificium: & S. Aug. l. 4. c. 7. & 14. & 10. cui. c. 20. Christus ipse offerens, & ipse oblatio, cuius rei sacramentum quotidianum esse voluit Ecclesia sacrificium quod offeratur. S. Ambros. l. 1. Offic. c. 48 & in Plal. 38. Ipse offerre manifestatur in nobis, cuius seruo sanctificat sacrificium quod offeratur. Et S. Chrysost. h. 2. in 1. Tim. & h. 17. ep. Heb. & h. 90. ad populum & h. de proditione Iudæ. Cùm videris sacerdotem offerentem, non ipsum consideres hoc facientem, sed Christi manum inuisibiliter extensam. Et in Liturgiâ suâ ait, Ipse est qui offert, ipse qui offertur. Et S. Gregor. Nazianzen. or. 1. n. 125. ait sacerdotem, dum ad altare sacrificium offert, cum Christo fungit sacerdotio. Quocirca cùm Christus infiniti valoris existens cum sacerdote offerat, & quidem principaliter, ratione

de casto  
conn. col.  
4.



## CAPVT DECIMVM.

## Decimum Incitamentum ex fructibus qui percipiuntur beneficio huius sacrificij.

**A** Nequam in particulari enumerem fructus huius diuissimi sacrificij & sacramenti, potest dici de Christo Domino, qui in hoc Sacramento sumitur, & in sacrificio offertur, proportione quadam id, quod S. Bernardus l. 5. de consid. c. 11. scripsit de Deo, describens per effectus, eius naturam: *Quid est, inquit, Deus? Voluntas omnipotens, beneuolentissima virtus, lumen aeternum, incommutabilis ratio, summa beatitudo, creans mentes ad se participandum, viuificans ad sentiendum, afficiens ad appetendum, dilans ad capiendum, iustificans ad promerendam, accendens ad zelum, secundans ad fructum, dirigens ad equitatem, formans ad beneuolentiam, moderans ad sapientiam, roborans ad virtutem, visitans ad consolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuus ad immortalitatem, implens ad felicitatem, circumdans ad securitatem.*

Hæc omnia proportione quadam, & suo modo, præstat hoc SS. Eucharistiæ sacrificium & Sacramentum. Idem, ut ait B. Laurentius Iustinianus, Nihil hoc sacrificio acceptabilius Deo Patri pro reconciliandis peccatoribus, nihil pro expiandis sceleribus, pro captiuis fidelibus redimendis vitulis in Ecclesia offerri potest: quippe cum sit memoriale efficacissimum illius excellentissimæ charitatis, quam ipse Dominus Iesus Christus in vltimâ carnâ Pascha celebraturus ostendit: quamq; in crucis patibulo moriendo noscimus fecit. Et in ipso idem Dominus quotidie mysticè immolatur. Quâ quidem immolatione, à vitiorum purgaturus, squaloribus; mundatur ab infidelitatis tenebris, Deo reconciliatur per mortem Filij eius, quam mysteria ipsa veneranda testantur: gratificamur Angelis per Christi contubernium: pascimur verò Corpore Christi, potamur ipsius sanguine, quo redempti sumus, ditamur spiritualibus charismatibus, vnimur Christo Domino per amoris contuberniû, incorporamur Christi Corpori mystico, perficimurq; virtutibus ipso ritue dirigente & communicante, quem sumimus. Nullus profecto valet, (inquit alibi B. Laurentius Iustinianus) humano explicare eloquio, quàm locuples fructus, quantæque ex huius oblatione ac perceptione sacramenti spiritualia exuberent dona. Reconciliatur quippe peccator Deo, iustus autem iustificatur adhuc, latificatur Angeli, cumulantur merita, facinora remittuntur, augentur virtutes, rescantur vitia, diaboli machinamenta superantur, sanantur aegri, eriguntur lapsi, debiles resocillantur, famelici saturantur, & defuncti fideles istius Sacramenti liberantur effectu. De quo Beatus Algerus l. 2. de Sacramentis c. 3. hæc habet: Multiplicitatem sacrificiorum veterum singularitate sui sacrificij abbrevians, occupationem extaxiorens nobis minuit, beneficiorum nobis gratiam multiplicat.

tionem eius oblationis debet esse sacerdotis legati Christi oblatio valoris infiniti propter Christum principaliter offerentem. Esto quod non applicetur fructus infinitus vlli per sacrificium Missæ, sed nec sacrificium Christi moriens in cruce, aut aliorum operum meritoriorum infinitè, vlli personæ applicetur fructus infinitus, etsi fuerit in omnium bonorum Theologorum sententiâ Christi mors valoris infiniti, & quodlibet eius opus meritorium. Meritò ergo Theologi supra citati, dicunt sacrificium Missæ habere infinitum valorem quibus annumerandus est Catharinus in Opusc. de sacrificio Missæ, asserens tam esse infinitum hoc sacrificium, vti erat sacrificium crucis; sed malè negat, ab hoc illud dependere: quia Passio Christi (vt bene ait Suarez disp. 79. to. 3. p. lect. 1. §. Ex quibus infero) est vniversali causa omnium effectuum gratiæ, sive per Sacramenta sive per quodcumque aliud instrumentum conferantur. Idem enim dicitur Christus vnâ oblatione crucis, consummasse sanctificatos. Heb. 10. 14. quia ab illâ est omnis gratia omnisq; sanctificatio nostra: & propter eandem causam Rom. 3. 25. ait Paulus, Dum proposuisse Christum propitiatorum in sanguine ipsius. Idem meritò Concilium Trident. sess. 22. c. post int. ait, Cruentis sacrificij Christi in cruce passis semel salutare virtutem in remissionem quotidianorum peccatorum applicari, & c. 2. Cruente oblationis fructus, per hanc inuentam oblationem vberime percipi.

Hæc habui quæ ad commendandam Domini Dei beneficentiam in hoc diuissimo sacrificio nobis exhibitam, in medium adferrem. Bene video posse refutati aliqua, quæ ex meo sensu dixi, vti refutatur Vasquez, sed malo refutari, quàm non offendisse, quid nos deceat Domino nostro Iesu Christo pro tanto beneficio exhibere, saltem altissimam opinionem de valore eius sacrificij, ab eo pro tot nostris miseriis & necessitatibus & obligationibus, & pro glorificandâ summæ Diuinæ Maiestate instituti: præsertim eum ob auctoritatem Authorum supra citatorum, & rationes allatas, sit hæc opinio probabilis: idem licet nobis, illam sequi ex pio affectu erga Dominum Iesum, nostrum summum & æternum Sacerdotem ad eum beneficium. Saluo meliore iudicio, cui meum submitto.

Nec obstat, quod hi effectus sacrificij non infinitè applicentur nobis pro quibus offertur, quia nec opera Christi viuents in terra, conferebant infinitè effectus suos, scilicet merita, satisfactiones, impetrationes. Sicut ergo hoc non derogat infinitato valori meritorum Christi, & satisfactionum, & orationum; ita nec sacrificij infinitæ efficacitæ & valori, obstabit, quod nulli applicetur infinitè.



uit. vno vnico suo sacrificio remissionem redemptionēq; peccatorum faciens, profectusq; fidei ceterarumq; virtutum ad vitam eternam perducens. Ceterorum omnium hostiarum vim & dignitatem magnitudine suā & præstabili dignitate obruit. Hic holocaustum, hic hostia pacifica, hic propitiatorium sacrificium continetur. Hos quoque huius sacrificij effectus etiam Theologi commemorant & probāt. Iuxta quorum doctrinam nunc præcipuos recensere, & more meo explicabo.

303. *Primus effectus*, sacrificij Missæ est, in offerentibus per se, illud; iustis sacerdotibus, augmentum gratiæ illorum. Si enim opera omnia supernaturalia iusti merentur augmentum gratiæ, immo illam statim augent, etiam si sint minus intenti, quam gratia præexistens & habitus virtutum, vt probabiliter graues Theologi docent, nisi fundamentis sacre Scripturæ & SS. Patrum ac Concilij Tridentini, multo magis hoc sacrificium cum sit opus admirabile excelsi Dei, à Deo institutum, & à Christi personâ per suum Ministrum, & per se principaliter oblatum causat in sacerdote iusto, magnum gratiæ augmentum, & virtutum & donorum Spiritus sancti siue illa sint distincta à gratiâ, vt vult S. Thomas, & ego firmissimè id credo, siue non distincta à parte rei, vt putant aliqui.

304. *Secundus effectus*, est in illis iustis, qui sunt causâ aliquo modo, vt Sacerdos offerat pro illis aliusue hoc sacrificium nam eandem ob causam merentur augmentum gratiæ, & virtutum & donorum Spiritus sancti, quia talis cooperatio ad offerendum sacrificium hoc, est opus valde bonum, & cum sit ob finem supernaturaliter bono modo, est supernaturale. proinde meretur augmentum supernaturalis gratiæ, virtutum, & donorum Spiritus S. in illis.

Quia verò nullum opus est meritorium gratiæ, etiam si à personâ sanctissimâ fiat, si sit coinquinatum aliquo peccato, vel irreuerentiâ erga Deum, vel negligentia in operando, vel ob defectum alicuius circumstantiæ requisitæ ad illud bonum opus, siue ex naturâ suâ, siue ex legē aliquâ Ecclesiasticâ obligatoriâ, ideo hoc sacrificium offerendum est piè & deuotè, sic enim oblatum non admittit vllam irreuerentiâ, & negligentiam aliumue nexum coinquinantem opus & impediens meritum.

305. *Porrò* vtrumque meritum & Sacerdotis offerentis, & eorum qui causâ sunt & cooperantur ad hanc oblationem, si sint in gratiâ Dei, erit meritum de condigno, quia condignitas meriti debet tota fundari in opere ipso & dignitate personæ. Vnde et si per errorem offerretur panis ex hordeo, & vinum ex pomis non ex vite, adhuc meritum offerentis esset æquale; sicut si aliquis volens dare pauperi monetam auream, daret per errorem aream, non minus mereretur: cum primaria mensura meriti ex voluntate desumatur.

Lugo  
disp. 19.  
§ 9. n. 112  
& seqq. de  
Euchar.

306. *Tertius effectus* huius sacrificij est, impetratio tam sacerdotis per se offerentis, quam aliorum, qui sunt causa vt ille pro ipsis, aliusue offerat. Cum enim per alia bona opera impetrent iusti quæ petunt, multo magis per hoc sacrificiū opus præstantissimum possunt impetrare varia Dei beneficia sibi & aliis, etiam peccatoribus, spiritualia & temporalia, vt sunt sanitas, serenitas, pluuia, & similia, etiam pro peccatoribus & fructibus, quamuis non referantur ad salutem animæ, vt bene docet contra Vasquez Cardin. de Lugo disp. 19. § 9. n. 157. & sic. n. 179.

Sed vt impetret hoc sacrificium certius ea pro quibus impetrandis offertur, adhibendi sunt ij modi, qui ad impetrandum sunt requisiti. Inter quos est potissimus modus, ne peccato vllò coinquinetur oblatio. Sic enim opera coinquinata non exauditionem sed indignationem merentur, vt bene ait Lugo disp. 19. § 12. n. 239. Proinde vt hoc sacrificio Sacerdos sibi aliusue aliqua impetret, sine peccato vllò commissio tempore sacrificij, illud offerat, sed religiosè ac piè, quòd in hoc Opusculo persuadere conor.

307. *Verum* quidem est, etiam mali sacerdotis & in peccato mortali existentis ac sacrilegè offerentis oblationem (prout per illum ab Ecclesiâ seu nomine Ecclesiæ offertur, & prout offertur nomine Christi) esse bonam & impetratoriam, sed ex parte suâ non esse, quia ob sceleratam vitam indignus est, vt impetret, per actionem sacrilegè coinquinatam. Et ita Dominus per famulum iniquum elemosynam dâns ad impetrandum aliquid, impetraret, etsi tunc famulus peccaret ex iniquâ intentione exequendo iussa Domini.

Dices, hinc sequitur nullum peccatorem, quia Deo exorsus est, posse impetrare quicquam à Deo.

308. *Respondeo*: si oratio eius erit peccato specialiter coinquinata, nil impetrabit, sicut nec Sacerdos quoad se per sacrilegè oblatum sacrificium; sed si oratio peccatoris erit in se bona, bono fine & modo Deo oblata, impetrabit. Sic Magdalena peccatrix impetravit gratiam Christi, sic ethnicus Cestario Act. 10. per orationes & elemosynas impetravit sui conuersionem & illuminationem.

Porrò hoc sacrificium non tantum est impetratorium, dum offertur pro baptizatis, sed etiam si offertur pro catechumenis per modum impetrationis (non tamen per modum satisfactionis) sicut alia pia opera pro iis possunt offerri, ieiunia, orationes, elemosynæ &c. vt Suarez & Vasquez & de Lugo docent cum aliis. Et ita Ecclesia orat in Missa pro Catechumenis, & pro Regibus ethnicis, vt contra Vasquez probat Cardin. de Lugo.

309. *Verum* etsi non possit hoc sacrificium vt satisfactio-



306.  
307.  
308.  
309.  
310.  
311.  
312.  
313.  
314.  
315.  
316.  
317.  
318.  
319.  
320.  
321.  
322.  
323.  
324.  
325.  
326.  
327.  
328.  
329.  
330.  
331.  
332.  
333.  
334.  
335.  
336.  
337.  
338.  
339.  
340.  
341.  
342.  
343.  
344.  
345.  
346.  
347.  
348.  
349.  
350.  
351.  
352.  
353.  
354.  
355.  
356.  
357.  
358.  
359.  
360.  
361.  
362.  
363.  
364.  
365.  
366.  
367.  
368.  
369.  
370.  
371.  
372.  
373.  
374.  
375.  
376.  
377.  
378.  
379.  
380.  
381.  
382.  
383.  
384.  
385.  
386.  
387.  
388.  
389.  
390.  
391.  
392.  
393.  
394.  
395.  
396.  
397.  
398.  
399.  
400.

306.  
307.  
308.  
309.  
310.  
311.  
312.  
313.  
314.  
315.  
316.  
317.  
318.  
319.  
320.  
321.  
322.  
323.  
324.  
325.  
326.  
327.  
328.  
329.  
330.  
331.  
332.  
333.  
334.  
335.  
336.  
337.  
338.  
339.  
340.  
341.  
342.  
343.  
344.  
345.  
346.  
347.  
348.  
349.  
350.  
351.  
352.  
353.  
354.  
355.  
356.  
357.  
358.  
359.  
360.  
361.  
362.  
363.  
364.  
365.  
366.  
367.  
368.  
369.  
370.  
371.  
372.  
373.  
374.  
375.  
376.  
377.  
378.  
379.  
380.  
381.  
382.  
383.  
384.  
385.  
386.  
387.  
388.  
389.  
390.  
391.  
392.  
393.  
394.  
395.  
396.  
397.  
398.  
399.  
400.

Sed hic notandum est cum Cardin. de Lugo, effectum hunc impetrationis, si sacrificium à Sacerdote tanquam Legato & Ministro offeratur nomine Christi, esse infallibilem, quoties Sacerdos ut Minister Christi offert ad impetrandum aliquid iuxta ipsius Christi intentionem. Nam Christo petenti siue per se, siue per alium legatum, Deus nihil negat. Debet ergo hæc delegatio Sacerdotis intelligi, sicut verba illa Christi: *Amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Quæ promissio, licet appareat vniuersalis, debet tamen intelligi cum debitis circumstantiis: quæ quia sæpe desunt, oratio non impetrat id quod petimus. In eodè ergo sensu intelligenda est potestas impetrandi nomine Christi in hoc sacrificio. Sicut si Rex mittat Legatum ad Pontificem cum commissione, ut petat ipsius Regis nomine, scit tamen aliunde Pontifex, aliqua non peti iuxta intentionem & voluntatem Regis, quam sibi comperit habere, tunc Legatus non impetrat, quia obstat voluntas eiusdem Regis. Sic aliquando Sacerdos nõ impetrat, licet offerat nomine Christi, quia obstat voluntas eiusdem Christi nolentis ut hoc impetret. Hic & nunc. Nec expediebat illam facultatem ad eò amplam dari hominibus absque limitatione debitã, cum partim ex ignorantia, partim ex affectu inordinato, impetrare velent nomine Christi, quæ iuxta regulam Diuinæ sapientiæ concedi non debent.

An verò hic effectus impetrationis, quatenus in Christo principaliter per Sacerdotem ut Ministrum offerentem nititur, dicendus sit ex opere operato, negat Suarez, affirmat verò Vasquez de omnibus effectibus, etiam iis, qui non certã lege, sed aliquando concedantur: quia quod non datur propter merita, vel operationem nostram, vel nostra est, sed independentem ab eius bonitate, ut contingit in præsentibus, non datur propter opus operantis, sed propter opus operatum, sine respectu ad operantem. Ut ergo etiam ex opere operantis magis sit impetratoriu hoc sacrificio, Sacerdos offerens sit in Dei gratiã, seruans Dei & Ecclesiæ madata, & piè ac deuotè offerat sacrificium Missæ. Hac enim ratione certior erit de Christi intentione & voluntate, id volentis concedi, quod Sacerdos petit, quia tales Sacerdotes amat, & iuxta illud Psalmi: *Voluntatem timendum se faciet.* Nam, ut ait B. Laur. Iust. *Amor versus Dei obedientiam parit, obedientiam gratam Deo rationem exhibet, oratio obsequentiã fideliter calos penetrans, consequitur quod exposcit.* Et ita videmus, quod sanctiores sunt Sacerdotes & frequentio-

Lauicij Opusc. Tom. 2.

res, ac magis deuoti in offerendo Missæ sacrificio, citius & facilius & maiora impetrare à Diuinã Maiestate. Efficacius enim est Missæ sacrificio ad impetrandum, quàm alia priuata & publica preces. Cum enim hoc sacrificio, sit veterum sacrificiorum omnium natura & legis, & bonorum omnium per illa significatorum consummatio & perfectio, ut ait Concilium Tridentinum, *scilicet. 22. & cum vetus lex umbram habuerit futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, & habuerit infirma & egena elementa, & nouum testamentum in melioribus re promissionibus sancitum sit, ut ait Apostolus, Et cum sacrificia vetera (ut patet ex Scripturâ pluribus in locis) habuerint vim impetrandi, multo magis hoc sacrificio per illa adumbratũ, hanc vim habet; & ad id etiam à Christo Domino institutum est.*

Quartus effectus huius sacrificij est, abolerè culpas peccatorum seu esse propitiatorium & expiatorium. Hoc est fidei dogma, definitum à Concilio Tridentino, & fusè probatur à Theologis contra hæreticos. Hunc effectum præstat hoc sacrificio virtute oblationis Christi cruciatæ, per quam vberimè percipiuntur fructus illius, & nostræ redemptionis in sanguine ipsius. Porro sciendum est, hoc sacrificio ut sacrificiũ est, non conferre immediatè per se primam gratiam & remissionem peccati mortalis, ut dixi in Opusculo de Eucharistiã, n. 6. sed conferre illam per accidens ut Sacramentum est, dum suscipitur, verũ quia intuitu huius oblationis placatus Dominus & quasi excitatus, confert gratiam & donum penitentiæ, seu auxilium, ut disponatur ad contritionem & veniam suorum peccatorum, tam offerens hoc sacrificio Sacerdos, quàm ille pro quo offert. Et ita Concilium Tridentinum ait: *Illius oblatione placatum Dominum gratiam & donum penitentiæ concedere, & crimina & peccata etiam ingentia dimittere, scilicet mediatè, ut explicatum est.*

Verũ, ut bene obseruauit noster de Lugo, hunc effectum hoc sacrificio non præstat solum quatenus impetratoriu est (sic enim hic effectus non distingueretur à tertio effectũ paulò ante explicato) sed quatenus etiam est propitiatorium & expiatorium. Cum enim, ut paulò ante dixi ex Conc. Tridentino & S. Paulo Apostolo, hoc sacrificio excellentiores habeat effectus collectos, quàm omnia veteris legis sacrificia, habuerint dispersos, quandoquidem in illã lege alia erant sacrificia ad impetrandum, alia ad gratiarum actionem, alia ad expiandum & purgandum peccatum; necessariò dicendum est, hoc sacrificio non tantũ tanquam impetratoriu, sed tanquam propitiatorium & expiatoriu abolerè mediatè peccata quoad culpam. Vis enim impetratoria huius sacrificij tendit ad mouendam liberalitatem Dei, à quã impetrat dona. Vis verò propitiatoria & expiatoria & satisfactoria, tendit ad clementiam Dei, seu



seu ad placandum Deum ne irascatur, ne indignetur, ne inferat malū, vel puniat peccatores, propter quorum peccata Deus istam indignationem & auersionem retinens, meritò negabat auxilia illa saltem vberiora, ad conuersionem eorum, quæ tamen dat intuitu sacrificij vt propitiatorium est. Quamuis enim Deus concedens auxilium ad contritionem, moueatur etiam à sacrificio vt impetratorium est, tamen per sacrificium vt propitiatorium est, placatur, & deposita per clementiam indignatione, concedit ex liberalitate auxilia, quæ non placatus negaret. Vnde sacrificium vt propitiatorium indirectè concurret ad obtinenda auxilia, quatenus directè aufert indignationis obicem, qui obstat ne concederentur. Atque ita non concurret hoc sacrificium ad delenda peccata, solum impetrando, sed etiam propitiando & placando, qui est proprius effectus sacrificij, vt propitiatorium est.

313.  
disp. 19.  
n. 143.

Si queratur, an hic effectus delendi peccata mortalia sit infallibilis: Respondeo, cum Card. de Lugo, hunc effectum sacrificij vt propitiatoriū est, esse infallibilem cum iis limitationibus & conditionibus, quas impetratio habet, suprā commemoratis num. 194. atque aded posse plerumque non sequi, si adit obex, scilicet vel affectus actualis ad peccatum, vel si peccator non sit sui compos, vel non attendat nec consideret motiua retrahentia à peccatis, vel dolorem de iis excitantia, vel si adit pertinacia peccatoris, qui propriā libertate nolit acceptare Dei auxilia, reddatque inefficacia. Quod sit infallibilis modo explicato, patet, quia effectus quem hoc sacrificium vt propitiatorium, habet respectu remissionis pœnæ, iuxta mensuram suæ institutionis, est semper infallibilis, si non detur obex, vt concedunt Suarez, Vasquez, & alij Theologi communiter: ergo eodem modo erit infallibilis respectu culpæ, cum vterque procedat ab eadem vi expiandi & propitiandi. Sanè sacrificia expiatoria antiqua, infallibiliter conferebāt suum effectum expiandi & purgandi à maculis legalibus, eo modo, quo ex suā institutione illa habebant, cum ergo nostrum sacrificium sit illis etiam vt propitiatoriis & expiatoris longè excellentius, multò magis debet habere hunc effectum infallibilem: non quidem absolute infallibilem, sed in eā mensurā, quā ex diuinā institutione est alligatus; idèd non semper adfert contritionem nec omnino placat Deum, sed aliquando omnino, aliquando solum ex parte: quia magnitudo & multitudo peccatorum commissorum, aliquando plures oblationes exigit, vt per illas placetur totaliter Deus: quæ si non offerantur, tantum ex parte placabitur, quatenus si prius, verbi gratia, ob iustam indignationem negabat auxilia intensa vt octo, & vt quatuor, postea oblato semel sacrificio neget quidem auxilia vt octo, non tamen vt quatuor.

Deinde si a dñt obex ex parte peccatoris pro quo offertur, impeditur hic effectus, si nimirum peccator, pro quo oblatum est sacrificium, habeat actualem effectum ad ipsum peccatum, vel etiam fortasse si non habeat dolorem de illo, vel non curet illud. Idèd Concilium Tridentinum loc. cit. ita dicit: *Sacrificium istud verè propitiatorium esse, per ipsum fieri, vt si cum vero corde, & recta fide, cum metu & reuerentiā, contriti ac penitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam & donum penitentiae concedens, crimina & peccata eius ingentia dimittit. Quare, hoc etiam in modo, scilicet mediatè, hoc sacrificium remissionem peccatorum venialium causat, dum eius intuitu vt propitiatorio, Deus confert auxilia ad illos actus eliciendos, per quos venialia peccata in homine iusto, ad quæ affectum non habet, remittuntur.

Quintus effectus, huius sacrificij est, remissio pœnæ temporalis debitæ culpis remissis. Remittuntur autem pœnæ temporales iis iustis pro quibus offertur, vel qui pro se illud offerunt, immediate, vt est communis sententia Theologorum, quos referunt & sequuntur Suarez, Vasquez, & de Lugo, & probant ex Concilio Tridentino sess. 22. c. 2. *Quare non solum pro fidelium viuorum peccatis pœnis, satisfactionibus, sed & pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgati ritè iuxta Apostolorum traditionem offertur.* Quod dicitur etiam can. 3. sub anathemate. Et sess. 25. Decreto de Purgatorio definitur, *Purgatorium esse, animasq; ibi detentas, fidelium suffragiis, potissimum verò acceptabilis Altaris sacrificio iuari.* Ex quo verbo, potissimum, clarè constat, magis animas piè defunctorum iuari hoc sacrificio, immò & viuorum, quam per ieiunia & elemosinas & alia viuorum suffragia. Per quæ (vt certum est apud omnes) non solum iuuantur per modum impetrationis & mediatè, sed immediatè etiam, quatenus satisfactio operi correspondens illis applicatur: sicut & satisfactiones Sanctorum, quæ sunt in Ecclesie thesauro, applicantur per indulgentias. Vnde à fortiori, sacrificium Missæ proderit per modum solutionis immediatæ, & non solum per modum impetrationis, ac proinde infallibiliter ei pro quo offertur si obex absit, vt communiter docent Theologi, quos refert Vasquez n. 29. qui id probat ex illis verbis Tridentini Concilij sess. 22. cap. 1. quibus dicitur, hoc sacrificium institutum esse, vt per illud sacrificij cruenti, *Salutaris virtus in remissionem eorum qua à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur.* Etc. 2. *Oblationis cruentæ fructus per hanc vberimè percipiuntur.* Sanè si vetera sacrificia infallibiliter (si obex non aderat) expiabant à sordibus illis & immunditiā legali, quæcunque illa esset, multò magis hoc sacrificium illis excellentius præstare



stare debet, vt supra dictum est num. 196.

Porro, vt bene docent Suarez & de Lugo, remissio pœnæ temporalis obtinetur per hoc sacrificium, non solum vt propitiatorium est, sed etiam vt est impetratorium, non solum impetrando auxilia ad bene operandum, & sic satisfaciendum pro pœnâ de condigno, sed etiam, vt absque satisfactione nostrâ, concedatur nobis vel aliis etiam defunctis, remissio pœnæ.

Sed vt tanquam satisfactorium pro peccatis aliorum oblatum, iis profit ex opere operato, & ex opere operantis necessariò debent esse in statu gratiæ, quæ si adsit, potest acquirere eius fructum, is pro quo offertur, etiam si non habeat tunc deuotionem actualem, nec cogitet de illo, & ita ignorans & nihil agens, poterit illum fructum acquirere, sicut & ille iustus pro quo aliquis ieiunat, vel offert alia pia opera. Ita Suarez, Vasquez, & Lugo & alij communiter. Quod ita verum esse cenet contra Suarium Card. Lugo, vt putet acquiri hunc effectum etiam ab illo pro quo offertur, qui positiuè dissentiret & diceret, se velle retinere totum debitum pœnæ, vt habeat occasionem agendi pœnitentiam. Sicut non potest aliquis, quando baptizatur, impedire ne baptismus afferat remissionem pœnæ, etiam si positiuè nolit illud beneficium, sed velit tamen ritè baptizari: nec Martyr potest per dissentium impedire remissionem totius pœnæ, quam affert martyrium: tam enim prouenit ex meritâ satisfactione Christi applicatâ, & ex opere operato in nostro casu, quam in illis. Sic non potest aliquis impedire ne sacrificium pro ipso oblatum habeat effectum impetrationis, verbi gratiâ, sanitatis vel alterius rei, nisi fortè per accidens, reddendo se magis indignum pro quo et audiatur Deus, & acceptet sacrificium.

Si quis verò sacrificium nulli alteri applicet, vt satisfactorium pro pœnâ temporalis, habebit suum effectum in sacerdote iusto illud offerente. Sic enim alia sacrificia ex naturâ suâ habent, vt quantum possunt profint offerenti ex opere operato, etsi ipse hoc non intendat. Verum tamen etiam aliis proderit, quia in Missa Sacerdos dum offert hostiam consecrandam ait: *Vt mihi & illis proficiat ad salutem.*

Verum tamen, vt ait Lugo, Licet omnes fideles aliquo modo sint offerentes in singulis Missis, quatenus Sacerdos offert ex Commissione Ecclesiæ, & offert eius nomine, quæ constat ex omnibus & singulis fidelibus, hoc tamen non sufficit, vt ex singulis Missis singuli iusti habeant fructum remissionis pœnæ ex opere operato, affert tamen effectum impetrationis ex opere operato, quia omnes per Sacerdotem orant, & ipse etiam orat, & offert ad impetrandum pro omnibus.

Sextus effectus huius sacrificij, est quædam cõpensatio pro beneficiis à Deo perceptis, dum

in gratiarum actionem pro illis offertur Deo, titulo gratitudinis, & idèò vocatur *Eucharisticum*.

Porro etiam hoc sacrificium dum offertur in gratiarum actionem Deo, potest ei offerri ad satisfaciendum vel impetrandum pro alio, & tunc consideratur vt impetratorium vel satisfactorium. Sic enim Christus obtulit pro nobis actus etiam illos, quibus Deo gratias agebat pro beneficiis ab eo acceptis, vt bene dixit Lugo.

*Septimus effectus est*, Deum laudare & glorificare, per eius oblationem in honorem Dei factam; etiam non offeratur aliâ intentione, quam Deum laudandi & colendi & exhilarandi. Omnia enim sacrificia sunt intrinsecè cultus quidam Dei, ad virtutem Religionis spectantes: proinde, cum hoc sacrificium sit omnium præstantissimum, maximè illo colitur & honoratur & exhilaratur Deus. Et idèò sacrificia vetera, quæ fuerunt figura huius, etiam ad Deum glorificandum erant instituta.

*Omnis effectus est*, vel verius, effectuum supra explicatorum extensio & dilatatio, quòd hoc sacrificium profit non tantum Sacerdoti illud offerenti, nec tantum illi soli, pro quo à sacerdote offertur & applicatur, sed etiam aliis qui præter sacerdotem offerunt. Offerunt autem præter Sacerdotem ij qui dant stipem pro dicendâ Missa, & qui illam audiunt, & alij qui concurrunt ad illâ, vt sunt Diaconi, Subdiaconi & alij ministrantes. Omnibus enim his præter fructum qui prouenit ex opere operantis, prouenit etiâ fructus ex opere operato, si sint in statu gratiæ, vt tenet Suarez & Henriquez, & alij quos citat, & Card. Lugo putat esse probabiliorè, quam contrariam d. 19. l. 11. n. 233. & 232, non in textu sed in margine id dicens. Hinc infert Suarez, Sacerdoti duplicem fructum respondere ex opere operato: alterum ipsi, vt est priuata persona, alterum, vt offert nomine Christi & in eius personâ, quam portionem solam debet applicare illi, cui Missam debet: priorem verò potest sibi retinere. Rursus, prior fructus non datur, si Sacerdos sit in peccato mortali, posterior datur, (non tamen quoad remissionem pœnæ temporalis) quia Christus offerens non debet eo fructu priuari. Deinde prior oblatio crescit ex meliori dispositione offerentis, posterior verò, semper est æqualis, quia semper respondet Christo offerenti. Sed & is qui est in statu peccati, mortalis, non carebit fructu, quia correspondet per modum impetrationis, quia peccator potest pro se & pro aliis etiam aliquid impetrare. Quocirca peccator audiens Missam, potest virtute illius liberari à multis periculis, & impetrare sibi auxilia ad impetrandum pro aliis, licet neutra impetratio sit infallibilis.

Porro notanda est doctrina magni solatii, tradita à Card. Lugo contra P. Vasquez, sacrificium



cium hoc ex opere operantis prodesse offerenti etiam si illud pro se non offerat, sicut & ieiunium prodest ieiunanti, & alia opera bona, etsi pro se illa opera non applicet. Aliis tamen non proderit, nec habebit specialem effectum impetrationis, in iis pro quibus hoc sacrificium non applicat. Deinde, ut ait Suarez & Lugo contra Henriquez, effectus qui correspondet Sacerdoti ut offerenti nomine suo, & aliis offerentibus, crescit pro meliori dispositione actuali & habituali offerentis, effectus tamen qui fit ex opere operato, & correspondet Sacerdoti ut offerenti in personam Christi, non variatur pro diversis meritis offerentis, sed illius pro quo offertur. Quia quoad illam partem Sacerdos se habet sicut in collatione Sacramenti: Nam licet ad eum spectet applicare satisfactionem Christi ut offerentis, illa tamen oblatio Christi prout Christi, nullo modo respicit Sacerdotem, sed Christum. Unde sicut Concilium Tridentinum dixit, *illam oblationem nullam indignitate aut malitia offerentis inquinari posse*, sic dici potuit, nullam malitiam aut indignitatem offerentis minui posse aut debilitari. Si enim debilitaretur, fam laderetur malitia & indignitate offerentis. Sicut eleemosyna Domini per famulum qui sit in peccato, vel peccet in ipsa executione, non erit minus satisfactoria prout à Domino, quam si famulus esset sanctus. Unde si Dominus illam eleemosynam pro defuncto applicaret, non minus prodesset defuncto, quam si actio, etiam prout à famulo profecta esset bona & sancta.

§ d. 179,  
§ 8. L. d.  
19. f. 11.  
num. 238.  
H. l. 9. de  
sacrific.  
20. n. 2.

321.  
d. 19. f. 10.  
n. 200.

Cæterum notanda est solida doctrina Cardinalis Lugo, meliorem dispositionem habitualement vel actualem præstare, ut etiam crescat effectus remissionis peccati in eo pro quo hoc sacrificium offertur. Ita S. Thomas 3. p. q. 79. a. 5. ubi de hac oblatione dicit, *quod sit satisfactoria illi pro quibus offertur, vel etiam offerentibus, secundum quantitatem deuotionis & feruoris*. Et a. 7. ad 2. dicit, *illis prodesse plus vel minus, secundum modum deuotionis eorum*. Et sic etiam Sacramenta maiorem vel minorem effectum suum conferunt secundum mensuram dispositionis & feruoris illius, cui confertur. Vterque enim effectus est ex opere operato, uterque fit per applicationem meritorum satisfactionis Christi. Verum tamen, si quis applicet satisfactionem alteri, illa non habet maiorem effectum in melius disposito cui applicatur, quia totum suum valorem accipit à dignitate & honestate operantis & operis, quæ cum sit finita, non potest dare maiorem & maiorem effectum sine termino: aliunde verò ille cui applicatur satisfactio, non potest influere valorem, cum nullum influxum habeat in illud opus. At in hoc sacrificio valorem, licet prout consideratur provenire à Sacerdote offerente, sit finitus, & idè hic, etiam si applicetur alteri, non possit crescere ex meliori eius dispositione; si tamen consideretur, prout respondet Christo of-

322.

ferenti, & applicanti sua merita & satisfactiones, non habet hanc limitationem, & quamuis noluerit communicare efficaciam infinitam, congruum tamen fuit, ut sicut in Sacramentis applicuit merita infinita ad effectum finitum, determinandum tamen iuxta dispositionem suscipientis, sic in hoc sacrificio applicaret satisfactionem ad effectum quidem finitum determinandum, tamen iuxta dispositionem illius, cui confertur.

Porrò hic effectus maior non debet desumi solum ex deuotione quam quisque habet erga hoc sacrificium, ut putat Vasquez, sed ut melius docet de Lugo, ex omni profusius deuotione erga Deum, quia & extra Sacramentorum usum, & oblationem sacrificij, omnis deuotio hominis iusti prodest ei ad hos effectus, pro se & pro aliis, si pro aliis applicetur: quanto magis coniuncta cum huius sacrificij oblatione, quæ absit, ut minuat deuotionis cuiusque effectum, sed potius illum augeat.

## CAPVT VNDECIMVM.

### Vndecimum Incitamentum

AD deuotè & reuerenter offerendum sacrificium, mouere Sacerdotes debet, multiatudo necessitatum, & magnitudo earum, pro quibus offertur. Et iste est vnus ex finibus sacrificij Eucharistici. Necessitates viuorum in particulari sunt innumerabiles, præter necessitates animarum in pœnis Purgatorij existentium. Ille tamen ad duas classes reduci possunt, nimirum, ad necessitates spirituales, animam præcipuè concernentes, & ad corporales;

*Spirituales sunt hæc*: Primò peccata, quibus plenissima sunt omnes mundi partes, in quouis ferè statu, ut patet oculis & auribus. Idè meritò Spiritus S. per S. Ioannem 1. Ioan. 5. 19. dixit: *Mundus totus in maligno positus est*. Et S. Bernardus l. 2. de Consid. c. 6. *Leua oculos considerationis tuæ, & vide regiones, si non sunt magis siccæ ad ignem, quam albæ ad messem*. Idè quod olim Christus Dominus conquestus coram S. Brigitta; dixit, nunc quoque, & fortè magis, conqueri potest: *Nunc cap. 1. ex toto oblitus sum & neglectus, & contemptus; & tanquam Rex à proprio regno expulsus: in cuius loco latro pestimus electus est, & honoratus. In homine regnum meum esse volui, ut super eum de iure Rex & Dominus esse deberem, quia feci eum & redemi. Sed nunc fregit & profanauit fidem, quam mihi promisit in baptismo: violauit & spreuit leges meas, quas ei precepit. Diligit voluntatem propriam, & me audire contemnit. Insuper & pestimum latronem diabolum super me exaltat, & ei fidem suam dedit. Qui verè latro est, quia animam hominis, quam sanguine meo redemi, ipse mala suggerendo, & falsa pollicitando ad se rapit. Et quod peius est, plurimi ex his, qui obligati sunt ad diuendum regnum diaboli, & ad ani-*



in Christum adducendas, hoc ne quidem præ-  
 stare conantur, aliis rebus ad id non conducen-  
 tibus intenti. Quocirca iterum conquestus est  
 Christus Dominus coram S. Brigitta; *Vbi sunt  
 defensores fidei? vbi inveniuntur qui inimicos Dei ex-  
 pugnent, vbi sunt, qui vitam suam pro Domino suo po-  
 nant? inquiri hac diligenter: & inuenies valde paucos  
 amicos meos.* Hinc tanta sequitur peñitias ani-  
 marum, vt eidem Sanctæ Christus Dominus  
 dixerit: *Si sapientissimus in mundo posset considerare,  
 quot anime descendant quotidie in infernum, plures  
 essent quam arena maris dinumerata, & lapilli ripa-  
 rum.* Ideo etiam S. Catharina Senensis perpetuo  
 arderet desiderio Diuinæ gloriæ & salutis ani-  
 marum, vt habetur c. 2. eius dialog. tamén hoc,  
 amplius & feruentius in illa creuit, postquam ei mon-  
 strata fuit à primâ Veritate, necessitas mundi, & in-  
 quantâ esset tempestate ac offensa Dei.

Secundo, grauissimæ sunt necessitates, tenta-  
 tiones tum internæ tum externæ, à corruptâ  
 peccatis naturâ, à carnis sensibus & membris,  
 ab extrinsecis obiectis rerum & personarum, à  
 volubilitate liberi arbitrij, à demonibus quo-  
 que orti solitæ, eaque innumeræ, & superari  
 difficiles, idèò quotidiè inter res præcipuas à  
 Deo petendas Filius Dei hanc posuit: *Et ne nos  
 inducat in tentationem, hoc est, ne ab iis ad peccata  
 inducamur, vt exponit S. Augustin. & Theo-  
 phylactus, & S. Chromatius conc. 2. de octo  
 Beat. & Abbas Isaac apud Cassianum.* Immo  
 petendum est debilibus in virtutis studio, vt ne  
 quidem eas patiantur, vt voluit S. Cyprianus &  
 S. Chrysostomus; ne si eos inualerint, statim  
 vincantur.

Tercio, præter tentationes, quæ mentem so-  
 lam, vel carnem humanam, vel vtrumque inua-  
 diunt, sunt occasiones extrinsecæ malorum; ad  
 peccata allicientes, & domi & foris: & hinc  
 perpetua pericula Dei offensarum & damnat-  
 ionis æternæ. Ideò noster P. Balthasar Alvarez,  
 nostræ Societatis Heros dicebat, *Non esse in tan-  
 to periculo eum qui ex subtili flamme & turri aliqua  
 alia penderet, atque eum, qui positus est in occasione  
 paruum suam amittendi.* Ideò mandum plenum  
 laqueis, & retibus, & insidiis, & pugnis, ad cap-  
 piendas pro diabolo & in inferno animas, docent  
 Sancti, & quotidiani hominum lapsus, ique af-  
 siduo improbant. S. Paulinus *Vbi que præsentia la-  
 vent laquei, vbi que stricti sunt gladij. Inter insidias &  
 pugnas vitam transigitur, & per ignes doloso cineri sup-  
 positos ambulamus.*

Deinde sunt necessitates & calamitates corporales,  
 quibus omnes vel premuntur, vel obnoxij  
 sunt. Tot morbi, tot bella, tot persecutiones,  
 lites inique ingentatæ, inimicitia, odia, cal-  
 lumnia, contumelie, paupertas, mendicitas,  
 exilia, carceres, insidia, doli, fraudes, pugnæ  
 ciuiles & domesticæ, iurgia, debita contracta  
 sine potestate ea extinguendi, & multiplicés  
 iniuriæ, dominorum, seruatorum, vicinorum;

æqualium, inferri passim solitæ, notæ & oc-  
 cultæ.

Pro his omnibus, & abigendis dum tot my-  
 riades & milliones videntium, his inuoluti &  
 penè oppressi sunt, & pro auertendis, ne in-  
 gruant, preces & sacrificia Eucharistica maxi-  
 mè conducant. Sed ne tantum ex opere operato,  
 verum etiam ex opere operantis totum fe-  
 rre mundum ab his occupatum subleuent & eri-  
 piant, magno seruore ac pietatè & deuotione  
 ac puritate opus est, tum alias, tum in actioni-  
 bus sacrificij: ac potius nouis culpis Sacerdo-  
 tum, magis iritetur quam placeat Deus, mun-  
 do ab iis placandus & reconciliandus. Peccata  
 enim Sacerdotum, cæteris paribus, sunt grauiora;  
 ideoque magis irritantia, & offendentiâ Deû,  
 eiusque flagella & pœnas varias accersentiâ.  
 Nam, vt S. Isidorus Pelusiotâ benè obseruauit, l. 2. ep.  
 hoc ipsum docens, *Non idem est laicum peccare  
 quod Sacerdotem: idque ex lege perspicue constat.* (Le-  
 uit. 4. 3. 4.) *Tantum enim ea pro Sacerdote peccante  
 sacrificium offerri præcipit, quantum pro vniuersa ple-  
 be. Quod si par esset peccatum, idem vtrique sacrificium  
 minime indixisset. Maius porro peccatum efficitur, non  
 ob naturam, sed ob perpetrantis dignitatem.* Et alio in  
 loco: *Consentaneum est, vt qui honore ac dignitate  
 Superiores sunt, hi quoque si peccent grauioribus sup-  
 plicijs multentur.* Idem docet S. Chrysostomus  
 eius Magister. h. 77. ad pop. & S. Isidorus Hispa-  
 lensis l. 2. de summo bono c. 18. & S. Thomas, &  
 S. Bernardus l. 2. de consid. c. 13.

Quocirca, cum ob ciuium peccata etiam co-  
 cines temporalibus afficiantur supplicijs, etiam  
 si non sint complices eorum, ob quæ puniuntur  
 alij, peccatorum, vt patet Gen. 9. 25. & Gen. 19.  
 25. & num. 16. 32. & Iosue 7. 15. vlt. & 2. Reg. 12.  
 18. & 3. Reg. 12. & 21. & 4. Reg. 5. vlt. & docent S.  
 Chrysostomus h. 3. ad pop. S. Augustinus lib. 6.  
 cont. Iulian. c. 7. & 12. S. Basilii or. 2. de pecc. &  
 h. 3. in diuites auaros. Si Sacerdotum peccata  
 grauiora sunt quam non Sacerdotum, cæteris  
 paribus, vt ostensum est, propter eorum quoque  
 peccata tanquam Patrum spiritualium & Sa-  
 periorum, mundus magis punitur, saltem in il-  
 lis, qui per baptismum facti sunt filij Ecclesiæ,  
 & ipsorum in spiritu subdit, iuxta doctrinam S.  
 Thomæ 2. 2. q. 104. a. 4. ad 1.

Quocirca summo perè Sacerdotes tum extra  
 tempus sacrificij, tum in sacrificio, summo &  
 maiore quam non Sacerdotes, debent conatu  
 omnia vitare & fugere peccata, ne non tantum  
 sibi, sed etiam aliis sibi subiectis grauitè no-  
 ceant: sed potius omni studeant puritatè & san-  
 ctimoniâ nitere. *Tantum interesse debet,* inquit S.  
 Isidorus Pelusiotâ l. 2. ep. 205. *inter Sacerdotem &  
 quælibet probum virum, quantum inter celum &  
 terram discrimini est. Nihil perulans ac iuvenile agere  
 debet, verum temperantem vbi que ac probe moderatam  
 vitæ rationem præferre.* Et eam sint tria in a-  
 nimâ, ait S. Bernardus serm. de triplici iudiciò,  
 Cogitatio.

325.  
 1. 2. ep.  
 208.  
 1. 2. q. 73.  
 a. 10. & 2.  
 2. q. 100.  
 a. 2. ad 7.  
 327.  
 328.  
 329.  
 330.



Cogitatio in memoriâ, affectio in voluntate, intentio in ratione. Ne à memoriâ repellat Deum irruens turba plurimarum cogitationum, que solent effluere tanquã vilis plebs in atrium, ponatur ad eius portam ianitor, cuius nomen est, recordatio proprie professionis; vt cum turpibus sese cogitationibus senserit animus pragrauari, increpet se, & dicat sibi: Tunc debes hac cogitare qui Sacerdos es, qui Clericus es, qui Monachus es? Cultor iustitia debet in se quicquam iniquam admittere. De cetero seruum Christi, amatorem Dei, tale aliquid ad modicum meditari: Hec dicendo, excludet fluxum illicitæ cogitationis; per recordationem proprie professionis. Similiter ad portam voluntatis, in qua solent manere carnalia desideria, tanquam in Domo, domestica familia, statuatur ostiarius, qui vocatur recordatio celestis Patrie. Hic enim potest quasi cuneus cuneum expellere, & ipsum quo ait: Ecce sto ad ostium & pulso, sine cunctatione recipere. Tam verò ad thalamum Rationis talis & tam ferrox adhibendus est custos, qui nemini parcat, sed quicumque hostis, siue clam, siue palam ingredi præsumserit, procul eum arceat, & hic sit, recordatio Gehemæ. In ceteris siquidem, id est memoriâ & voluntate, non ita est intolerabile, si vel memoriâ recipiat quandoque vagam cogitationem; vel voluntas impuram affectionem: (sed inuoluntariam) hoc verò grauissimum & omnino damnosum, si vnquam Ratio perdidit rectitudinem intentionis. Scilicet inducendo voluntatem vt intendat peccare, & assensum præbeat malæ cogitationi per memoriâ representatæ.

Ita procedant Sacerdotes; ne in peccata labantur, sed vt mentem & carnem suam ab omni labe & impuritate conseruent illibatam.

329. Quod quidem & ethnici à Sacerdotibus suis licet falsis sacrificiis exigebant. In primis Demosthenes contra Androtionem & contra Timocratam, etiam inferiores Sacerdotibus Ministros puros esse volebat. Equidem, inquit, arbitror, eum oportere qui sit templum ingressurus, & vasa sacra & canistra tractaturus, & rerum ad Deos spectantium curationi presuturus, non certorum dierum spatio purè viuere modo, sed per totam vitam. Ideò nõ licebat Sacerdotibus caprâ vesci, quod sit symbolum libidinis, author est Plutarchus, Et quia hedera libidinis est symbolum, nefas fuit hedera tangere Flamini Diali, ait Festus. In omnibus Deorum Dearumque sacrificiis, committatur piaculum, si quis corde pollutus vel alio flagitio ad aras accessisset, minimeque grata erant sacrificia, quæ ab impuris manibus sceleratorum hominum offerebantur. Ideò saltè per nouem dies noctesque oportebat ab omni libidine Sacerdotes aut mulieres adituas, aut initiaturas abstinere. Sic & Cybeles Sacerdotes membrum genitale sibi quodam lapide abscindebant, vt casti viuerent. Et Athenis, alij bibeant cicutam, vt vires membri genitalis amitterent; & mulieres initiaturæ, sibi lectos ex viticæ foliis substernebant, vt refrænarent libidinem.

Apoc. 3.

qu. Rom. cap. 11.

Natal. Com. in Mythol. l. i. c. 10.

Nemini ad sacra accedere licebat, illotis manibus, quare & Aeneas sacra attingere ita, vel per summam pietatis opportunitatem, recusauit apud Virgilium. Et Homerus:

Non decet illotis manibus libare superno  
Vina Ioui pudor hoc prohibet fecisse, cruore

Turpatum me, & cade, Diis profundere vota.

Cum enim Deus purus sit, & ab omni sorte immunis; crediderunt non conuenire illi ministro qui ad eius altare accederet, manus, aut aliquam corporis partem habere inquinatam aut impuram. Quare si quis negliget purgationem ad sacrificia accessisset, illius procces, neque audire neque respicere Deos, arbitrabantur. Vestes quoque Sacerdotum puras, nec vllâ maculâ inquinatas conuenire putarunt, vt scripsit Virgilius l. 12. Aeneid.

Cerrè si Deus Isai. 52. 11. mandauit: Mundamini qui fertis vasa Domini, quanto magis mundari, & mundi esse debent, ij, qui quotidie ipsum Deum manibus suis in sacro altari ferunt, & ore suo verba consecrationis proferendo, veluti Deo obediante voci hominis, magis & mirabilius, quam obediuerit Duci populi sui Iosue dum solis cursum inhibuisset; Christi Humanitatem aduocant ad sacrum altare? Sanctus Rex Ezechias expurgatus templum Domini, profanatum ab improbo suo patre Achaz, voluit, vt sacerdotibus & Leuita mandaturi domum Domini, & oblaturi omnem immunditiam de sanctuario, hoc est,

vt ait S. Hieronymus, exportaturi inde idolorum simulachra & aras idololatrias & omnem immunditiam, non prius aggressi sunt eius monitu contactum harum immunditiarum, quam se prius sanctificauerint, hoc est, ritu veteris Ecclesiæ mundauerint 2. Paral. 29. 5. 15. 16. 17. Quanto magis nostri Sacerdotes, Dei, qui in templis nostris colitur, Humanitatem tangentes, & ipsum omnis munditiæ & sanctitatis fontem bibentes, mundissimi & sanctissimi esse debent, & ante sacrificium, & in ipso sacrificio, & post sacrificium. Qui autem puram carnem & animam habent, iis Deus gratiam deuotionis impartitur, vt pie, feruenter, ac cum summa reuerentia, si laici sint sacrificio adfuerint, si Sacerdotes, illud modo debito offerant Deo; toti quoque mundo valdè profuit. Nam, vt ait S. Ambrosius l. 2. c. 3. de Cain & Abel. Cum interfecit impius (id est, impunitas & peccatum) Christus infunditur. Et vbi abominatio aboletur, sanctificatio congregatur. Quia Dominus dixit: in eâ die quâ interfecero omne primogenitum Egypti, sanctificabo mihi omne primogenitum Israel. Quod non ad vnum diem afflictionis Egypti referes, sed ad omne tempus. Cum enim renuntiat impunitati, statim asciscitur virtus. Egressus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur. Vita enim pura, inquit S. Chrysost. est fundamentum virtutis. Quando

Vl. 2. E. nied. H. 1. j. Iliad.

330.

Ios.

Trad. Hebr.

S.

cit.

g.

ad

do



do enim cui munda fuerit conscientia, & ab omni libera macula; poterit Dominum videri habere inhabitantem. Beati enim, inquit, mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quod si quis illum inhabitatorem habere mereatur quasi frustra & sine impedimento corpore vestitus esset, ita peste afficeretur, & humanarum rerum umbram facile contemneret.

Neque hoc tantum præstat vita pura, sed omnia attrahit Dei dona necessaria & conuenientia, non tantum pro sacrificio, deuotè & reuerenter offerendo, sed pro tota vita. Siquidem, ut scripsit B. Laurentius Iustinianus, mentis munditia sufficiens est ad suscipiendâ tudimenta celestia, docibilis est, capabilisq; (id est, capacissima) donorum, Deo amabilis, tabernaculum sapientie, rationi subiecta, lumine corusca, exuberans gaudio, pace referta, secunda in se, libera ad Deum, nulli onerosa, sibi ipsi sufficiens in suis deliciis, intenta Verbo, alliciens Verbum, Verbiq; fidelissima sponsa. Est contemplationis oculis, mysterium domus, speculum gloriæ, imitatrix Dei, sociæque beatorum. Plures alios effectus & laudes puritatis Sacerdotibus necessitatis ad piè & deuotè sacrificandûm recenseat idem Sanctus Patriarcha in elyæ Venetorum Reipublicæ in facie. amor. cap. 14. & de triumphali Christiagone cap. 1. Et S. Gregorius Nyssenus in Disputat. de animâ & resurrex.

Quocirca nos Sacerdotes has ob causas eorum esse semper purissimi, præsertim (si aliud incitamentum non haberemus) quia, ut scripsit S. Ildoras Pelusiorum l. 3. ep. 260. Deus Sacerdotes vult esse sanctitatis omnis & puritatis templum. Sed (proh dolor) in multis hoc seculo Sacerdotibus videmus id quod deplorans scripsit S. Bernardus ad Eugenium Papam de Ecclesiasticis viciis l. 5. de Conuid. Vides omnem Ecclesiasticum zelum ferre pro dignitate tuenda: Honori totum datur, sanctitati nihil aut parum. Et ser. 6. in Plal. 50. in fine: Ecclesiasticæ dignitatis officia in turpem questum, & tenebrarum negotium transiere: nec in his salus animarum, sed luxu queritur diuitiarum. Propter hoc tendunt, propter hoc frequentant Ecclesias, Missas celebrant, Psalmos decantant. Pro Episcopatibus, & Archidiaconatibus, Abbatibus, aliisque dignitatibus, impudenter hodie decernatur, ut Ecclesiatum reatus in superfluitatis & vanitatis vsu dissipentur.

## CAPVT DVODECIMVM.

*Doodecimum Incitamentum;*

Summa inter humanas excellentias, Sacerdotum dignitas, ad quam à Deo euerti sunt, ex ceteris eos perpetuo debet, tum ad vitam in magna sanctum omnia tradendam, tum præcipue ad excellentissimum hoc Missæ sacrificium, piè,

deuotè, ac reuerenter Diuinæ Maiestati offerendum, ad quam colendam & ad humani generis omnes status summopere iuuandos in omnibus necessitatibus à Deo institutum est.

Quanta sit Sacerdotum dignitas, sine magnis discessibus apparet ex potestate, quam habent à Deo sibi collatam conficiendi Corpus & Sanguinem Christi, ut loquuntur S. Damasus, S. Hieronymus & alij supra citati numer. 64. & ex potestate dimittendi hominibus, Dei loco, omnium eorum peccata, & ita ex mancipiis diaboli ad infernum destinatis faciendi filios Dei & hæredes regni cælorum, ac cohæredes Vniuersi Filij Dei.

Hanc ob causam sancti Patres anteponunt illos Regibus, talem potestatem non habentibus: Merito, inquit S. Chryostomus h. 5. in c. 6. *Itaque, Sacerdotum Principatus Regio venerabilior est ac maior. Ne mihi narres purpuram neque diadema, neque vestes aureas: umbra sum isthac omnia, verusq; flosculus leniora.* Et S. Ambrosius l. de Sacerdotali dignitate c. 2. *Si Regum fulgore compares Sacerdotes, & Principum diademati, longe erit inferius quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares.* Immo eandem ob causam ipsos Angelos superari à Sacerdotibus, aiunt S. Hieronymus ep. 1. ad Heliodor. & S. Gregorius libr. 4. dial. c. 58. Et, quod maius est, ipse Deus Pater, in præclarissimis Dialogis, magna in Ecclesiâ Dei Sanctæ Catharinæ Senensis sic hac de re locutus est c. 113. *Sacerdotes veluti flores odoriferos in corpore S. Matris Ecclesiæ collocati: Dignitatem istam procul dubio, non habent Angeli, quam hominibus ita gratis concessi.* Idem mirum non est S. Franciscum dicere solitum, si Angelo vel alicui Sancto è cælo delapso in terram, & simul Sacerdoti occurrere sibi cõtigisset, prius se Sacerdotis manus osculaturum, deinde reuerentiam Angelo vel sancto exhibiturum; plus se Sacerdoti debere significans, qui Christi vicem gereret in terris, quam illi, qui iam cum Christo regnaret in cælis.

Immo S. Gregorius Nazianzenus or. 1. n. 125. 3 351 non tantum Angelis superiorem putat esse Sacerdotem, sed esse quodammodo Deum, aliosq; efficeret Deos. Tam excellens ergo dignitas ab eis collata, summam ab eis exigit & vitæ sanctimoniam, & in diuino euleu, ad sacrum Altare deuotionem & reuerentiam plus quam Angelicam. Hinc Deus Pater colloquens cum S. Catharina Senensi cum cap. 113. dial. dixisset: *Dignitatem Sacerdotum non habere Angelos,* subdit: *Sacerdotes se velle habere in vitâ presenti velut Angelos terrestres, ratione SS. Eucharistiæ quam administrant.* Et ostendere volens eum quantâ puritate viuere, eamque administrare deberent c. 124. dial. subdidit: *Si possibile foret, expediret etiam ipsam Angelicam naturam in hoc Venerabili Sacramento purificari: sed non indiget, quia in Angelis peccati venenum occurrere non potest.* Quando Deus voluit exprobrare Dauidi, quod malè viueret, & malè coleret,



coleret Deum, id quàm indignum esset ei ostendere volens per Nathan Prophetam dixit 2. Reg. 12. 7. *Ego vixi te in Regem super Israël &c. & si parua sunt ista, adiciam tibi multò maiora.* Quantò magis ergo, indeuotis & malis Sacerdotibus Deus exprobrare potest, cum illos fecerit Regibus excellentiores, &

præfecerit non solis corporibus Hebræorum, sed totius mundi animabus accedentium ad quærendam apud eos absolutionem peccatorum, illis maiorem potestatem quàm Regibus & Principibus terræ dederit?

Hæc ponderent Sacerdotes & tam miræ Dei erga se beneficentiæ corresponsdeant.

## L I B E R T E R T I V S.

De officiis Sacerdotum, in Missionibus pro iuuandis animabus susceptis, extra domicilia & in locis in quibus habitant.

## I N D E X C A P I T V M

### H V I V S L I B R I.

<i>De sine Missionum.</i>	CAP. I.	<i>Notanda pro confessionibus audiendis tempore Missionum.</i>	CAP. XII.
<i>De preparationibus necessariis ad Missiones.</i>	CAP. II.	<i>Diffugienda fugienda tempore Missionum.</i>	CAP. XIII.
<i>Quid primum in loco Missionum faciendum.</i>	CAP. III.	<i>In conuersione hereticorum quomodo procedendum.</i>	CAP. XIV.
<i>De ratione viuendi in locis &amp; domicilium Missionum.</i>	CAP. IV.	<i>De industriis aliis ad iuuandas animas conducentibus.</i>	CAP. XV.
<i>De modo conuersandi tempore Missionum.</i>	CAP. V.	<i>De ratione formanda concionis Instructio scripta à Roberto Bellarmino Societate Iesu postea S. R. AE. Cardinale.</i>	CAP. XVI.
<i>De modis conuertendi vel adiuuandi in spiritu peccatores.</i>	CAP. VI.	<i>Modus breuis componendi conciones vel sermones traditus à P. Hieronymo Florianantio Soc. Iesu.</i>	CAP. XVII.
<i>Magnâ animi applicatione laborandum in Missionibus.</i>	CAP. VII.	<i>Defectus quidam in concione vitandi, valde improbatî à magnis concionatoribus, &amp; auditoris magno iudicio pradiis.</i>	CAP. XVIII.
<i>Quæ vitanda in adiuuandis animabus.</i>	CAP. VIII.	<i>De modo dandi piæ meditationes secularibus hominibus in Missionibus iuxta consilium S. P. Francisci Xaverij.</i>	CAP. XIX.
<i>De seruandis quibusdam rebus, vt sine proprio &amp; aliorum damno succedant Missiones.</i>	CAP. IX.		
<i>Quid faciendum si fructus non respondeat labori Missionum.</i>	CAP. X.		
<i>Contradictiones tempore Missionum quomodo toleranda.</i>	CAP. XI.		

Index rerum particularium huius libri, dabitur ordine alphabeti in fine totius tomi.

## P R O O E M I V M.

336.



Vi ad Missiones à suis Superioribus mittuntur, nullam habentes rationabilem causam eas detrectandi, eas alacriter & promptè in nomine Domini suscipiant. Qui autem, non scrupulis adacti sed præteritis experimentis periculorum labendi in peccata grauiã anguntur, repræsentent Superiori since-

rè ( non vt effugiant labores & incommoda Missionum, sed vt animam præseruent, à periculis grauium lapsium ) pericula quæ timent, & quæ aliàs sunt experti. Præclarum est hac de re monitum S. Chrysolto-  
mi : *Preceamur Deum, ne intremus in tentationem, inducti verò, ( hoc est, iusti à Superiore bene informato de vestris periculis, & illa non*